6
15–c
44

M 15-C-44

6
11 B
23

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

Bibliotheca
Coll. Rom.
Societ. Jesu

14-C-34

14
C
47

15-6-54

[illegible] 4.

Francisci Riccardi

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ
ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

HESIODI ASCRÆI
OPERA ET DIES.

I. Spondanus Rupellanæ prouinciæ Præfectus recenſuit, & commentariis illuſtrauit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



RVPELLÆ,
Apud Hieronymum Haultinum.

1592.

[redacted]

AMPLISSIMO VIRO, D. A. HARLÆO,

EQVITI, SENATVS PARIſienſis principi, I. Spondanus Prouinciæ Rupellanæ Præfectus,

S. P. D.

QVID tu me, inquies, ab hac purpura ſoluis, ad ſtiuam illam alligas, & penè inter damnata ergaſtula recenſes? Quid mihi cum Seſsiis, cum Meſsiis, cum Tutullinis tuis? quid cum fundo inſtructo? quid cum inſtrumento? & ſiquid aliud tua conuoluit agricolatio? Imò quid tu me craſſo illi Bœotûm aëri (in quo ſcribebat Heſiodus) quaſi è Gallia exulantem addicis? Meritò ergo, inquam, ineptum hunc & imperitum obſtrepere tibi non patiere V.A. quin & ego, qui gratiam tuam ambire geſtiebam, Cærites tabulas facilè expleuero. Deus optimus meliora. Terram

habemus parentem communem: ad parentis cultum te prouoco. Pietatis eſt. Atqui graue eſt ab illo rerum faſtigio ad humiles iſtas curas detrudi. O mores antiqui, porrò veſtrum candorem! Etiam Imperatorum fugimus conſortia? & Cincinnatos, & Fabricios, & Dētatos, & Scipiones ducimus deſpicatui? Aliunde ſcilicet adoream quàm à farre captamus, & vrbanarum tribuum ex deſidia ignominiam, ruſticarum ex honeſtis laboribus gloriæ anteponere non erubeſcimus? Ridebis fortean iſtā αὐθάδειαν: ſed tu homini iam ruri ferè aſſueto, & agreſtes animos ſpiranti ciuiliter ignoſces. Sordent mihi (quod in hac mea ætate mireris) deliciæ iſtæ vrbium præ ſplendidis agrorum ſordibus. Quàm horrendi noſtri forenſes fluctus: ſi Halcyonios illos in ruſtica malacia nidos ſpectaueris! Iam furens in ſeſe Gallia, niſi ſe ruſticationi rurſum mancipauerit, quando tandem conquieſcet? Pacem quæris? Dabunt agri, quā denegabunt vrbes. Muſas? non illa mœnibus coërcentur Numina, ſed montibus (in quibus & paſtoralis agriculturæ pars quædam) liberrimè diuagantur. Animum ſui arbitrij? Adi ſacram hanc & anxia vacuam ſolicitudine agrorum ſolitudinem. Turbas, &

ſtrepitus malorum malis præ iſta cæli terræq́; clementia? O inuidam ſortem, quæ nobis Circæa iſta, & germanæ beatitatis obliuionem inducentia pocula propinat! viuere nos autumamus, & verè morimur in hac animorum carnificina. Quid moror? Totus ille tuus inter lilia conſidentis honos, nunquid te ruris ſubmonet? A floribus ornamenta veſtra, quæ non niſi ab agris. Caue igitur meam hac in parte opellam vellices, & hanc mihi ſeceſſus amœnitatem tantiſper obtigiſſe patere, dum tota iſta gens noſtra Ibericis armis circumſtrepit. Vix cohibui animum, & huic me ſtudio vel inuitus dedidi. Atqui tempus illud Papiniano, aut Scæuolæ debebam. Sic tu me ergo à veteri Poëtices amicitia diuortiſſe putas, ſic nodos illos diſcidiſſe? Neque ego has quidem in iure iniurias condiſco. Ita eſt, V. A. Animi noſtri Soles ſunt, qui tam diuerſas mundi partes vno impetu colluſtrant. Ego foro noſtro totus incubo, intereà raptim ad algentem iſtam Hyperboreorum gentem radiorum aliquid eiaculor. Hinc eſt quòd hic meus ſudor etiamnum totus frigore cohorreſcit, adeò lumen illud meum velociſsimè & obliquè præteruolauit. Denique aliud agens hoc egi, potiùs nequid

vacuum dies mei reciperent, quàm quòd mihi nedum vlli ſatisfacturum me exiſtimauerim. Hoc nimirum eſt quod facti ad vnguem illi Critici damnabunt, quaſi vitales noſtræ anguſtiæ, & rerũ præcipitatæ vices ad nouennium illud Flacci, quaſi ad Ixionis rotã, alligari poſſint. Quid verò quòd tanto viro hoc nauci offerre non ſum deterritus? At tu qui totum meum latifundium, quale illudcunque eſt, id eſt me totum, tibi vendicas, ne hanc quidem glebam aſpernabere. Vis dicam liberiùs? Niſi me lolia, & tribuli illi negotiorum occupaſſent, ego terſius hunc campum excoluiſſem. Fer opem, V. A. & cùm poteris his me compedibus expeditum mihi ipſi redde. Quod ego tibi ænigma in aurem olim enodabo. Vale. Datum Rupellæ Kal. Maij. CIↃ IↃ XCII.

I. SPONDANI PROLEGOMENA IN HESIODI Aſcræi Opera & Dies.

INTER omnes Poëtas Græcos, quorum nominibus tempora non inuiderũt, Homerum & Heſiodum quaſi παραλλήλους tota ſuſpexit antiquitas. De vtriuſque ætate omnes fermè ambigũt. Philochorus & Xenophanes maiorem natu Heſiodo Homerum ſcripſerunt: contrà L. Accius Poëta, & Ephorus Cumæus hiſtoriæ ſcriptor. Ab hoc Ephoro Iſocratis diſcipulo, deſumpta eſt vtriuſque genealogia illa, quam expreſſit Plut. in lib. de vita Homeri, ſic vt Heſiodus Homeri auunculus ſtatuatur. *Atelles*, inquit, *Mæon*, & *Dius* fratres Cuma oriundi. *Dius* æris alieni cauſa Aſcram, qui eſt Bœotiæ pagus, commigrauit, ibíque Pycimeda vxore ducta, *Heſiodum* procreauit. *Atelles* filiæ ſuæ *Critheidis* tutelâ *Mæoni* demandatâ, in patria exceſſit. A *Mæone* vitiata *Critheis*, ab eodémque Smyrnæ literas docenti *Phemio* nuptum tradita. Ea ex eo ad Meletem amnem *Homerum* edidit. His aſſentitur Suidas, Ἡσίοδος, inquit, κυμαῖος. νέος δὲ κομισθεὶς ὑπὸ τοῦ

πατρὸς Δίου καὶ μητρὸς Πυκιμήδης ἐν Ἄσκρῃ τῆς βοιωτίας. γενεαλογεῖται δὲ εἶναι τοῦ Δίου, τοῦ Ἀμπελίδου, τοῦ Μελανώπου. ὅν φασί τινες τοῦ Ὁμήρου προπάτορος εἶναι πάππον. ὡς ἀνεψιάδην εἶναι Ἡσίοδον τὸν Ὅμηρον, ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ Ἄτλαντος κατάγεσθαι. Qua de re meminit quoque Strabo lib. 13.ex eodem Ephoro. De ætate ſubiungit idem Suidas. ἦν δὲ καὶ Ὁμήρου κατά τινας πρεσβύτερος, κατὰ δὲ ἄλλους σύγχρονος. Πορφύριος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι, νεώτερον ἑκατὸν ἐνιαυτοῖς ὁρίζουσιν. ὡς λβ΄ μόνους ἐνιαυτοὺς συμπροτερεῖν τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. Ad illum Poëtarum συγχρονισμὸν facit quod in Amphidamantis Chalcidenſis ſepultura vterque carminibus certauiſſe dicitur. Quod tanquam à Grammaticis διατετρυλλημένον perſtringit idem Plutarchus Symp. 5.quæſt. 2. Apud eundem Periander in Conuiuio Septem Sapientum hiſtoriam illam fuſiùs exponit his verbis, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς παλαιοῖς ἕλλησιν ἔθος ἦν, ὦ Κλεόδημε, τοιαύτας ἀλλήλοις ἀπορίας προβάλλειν. ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς εἰς χαλκίδα τὴν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον. Ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολιτικὸς, καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ερετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ Λιλάντου μάχαις ἔπεσεν, ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν, διὰ τὸ ἐφάμιλλον, ἥτε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις, καὶ προυβάλομεν, ὥς φησι λέσχης.

» μοῦσα μοι ἔννεπ᾽ ἐκεῖνα τὰ μή τ᾽ ἐγένοντο πάροιθεν,
» μή τ᾽ ἔσαι μετόπισθεν.

ἀπεκείνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

» ἀλλ᾽ ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι

» ἅρματα συντέλφωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης.

Καὶ διὰ τοῦτο λέγεται μάλιστα θαυμασθεὶς τοῦ τρίποδος τυχεῖν. At idem Plutarchus, ſiue ſui oblitus, ſiue ita credens, in Conſolat. ad Apoll. Heſiodum ab Homero gloria & tempore proximum ſtatuit. Tzetzes trecentis annis, centum viginti Paterculus, centum triginta octo Solinus Homerum Heſiodo faciunt antiquiorem. Ipſe Heſiodus certaminis illius ſui & victoriæ meminit lib.2. ἔργ. Sed, prætermiſſo ſuo Antagoniſta, ſcrupulum eundem nobis reliquit, quem ſcriptorum nobis iniecit inconſtantia. M. Varro antiquitatum omnium ſcientiſſimus, in primo de imaginibus, vter natu prior ſit, parum conſtare dicit. Sed non eſſe dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint, ídque ex Epigrammate oſtendit, quod in Tripode ſcriptũ eſt, qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus traditur, vt refert Gellius (cui veteris literaturæ non pœnitenda debemus monumenta) lib.3.cap.11. Idem lib. 17. cap. 21. *De Homero, & Heſiodo*, inquit, *inter omnes ferè ſcriptores conſtitit ætatem eos egiſſe, vel iiſdem ferè temporibus, vel Homerum aliquantò antiquiorem, vtrumque tamen ante Romam conditam vixiſſe, Syluiis Albæ regnantibus, annis poſt bellum Troianum (vt Caſſius in primo Annalium de Homero atque Heſiodo ſcriptum reliquit) plus C. atque XL. ante Romam autem conditam, vt Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter C. & LX.* Id de hoc vate certiſſimum quod ipſe de ſe ſcriptum reliquit 2. ἔργ. ad illos verſus,

„ ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σὸς, μέγα νήπιε Πέρση, &c. Vide locum ſuo loco. Sed hæc, vt libet, ſunto. Maximum vatem Heſiodum noſtrum eſſe conſtat, quem ad bellorum ſtrages detonandas, ſi voluiſſet, aſſurgere potuiſſe docet adhuc ἀσπὶς illa ἡρακλεΐη. Sed animo fuiſſe mitiore videtur, delectatúſque humiliore ſcribendi materia, homo iuſti & æqui pacíſque amantiſſimus. Vnde δικτικώτερον Cleomenes Anaxandridæ F. Homerum Lacedæmoniorum, id eſt gentis bellicoſæ, Poëtam eſſe dicebat, Heſiodum ſeruorum Heilotûm: τὸν μὲν γὰρ ὡς χρὴ πολεμεῖν, τὸν δὲ ὡς χρὴ γεωργεῖν, παρηγγελκέναι, vt eſt apud Plut. in Lacon. Sed extra Satyram, grauiſſimus eſt hic author, & ſua lenitudine mihi gratiſſimus. Neque quicquam terſius vnquam vidit Græcia hoc Muſarũ diſcipulo, cui fontes illi poëtici ſic leniter, ſic æquabiliter, ſic limpidè fluunt, vt voluptatem ipſam & gratias in huius Vatis ornamenta conſpiraſſe facilè credas. Eius characterem dicendi hinc laudat Dionyſius, Ἡσίοδος, inquit, ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος, καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς. In hac ſeculi & morum aſperitate iuuat ad has delicias diuertere. Vos, placida ingenia, & verè Gallica, ſequimini. Sed in iſtius ſeceſſus limine Heſiodi fata attendite, & ad funeſtam tanti viri mortem commouemini. Mileſius quidam, inquit Solon in Conuiuio ſeptem Sapiẽtum apud Plutarchum, cum quo hoſpitij ac conuictus vſus Heſiodo intercedebat, apud Locros hoſpitis filiæ pudicitiam clàm imminuerat: re comperta creditum eſt Heſiodum ab initio conſcium flagitij fuiſ-

e, in eóque occultando operam nauaſſe: cùm quidem hic inſons, nullâ ſuâ culpâ in iram hominum per calumnias & ſiniſtras incidiſſet ſuſpiciones, nihilominus eum puellæ fratres apud Locrenſe Nemeium ſiue nemus ex inſidiis trucidauerunt, vnâque aſſeclam ipſius Troilum. Cæterùm cadaueribus in mare deuolutis, Troili cadauer foras in Daphnum fluuium delatum, apud ſcopulum aquis ambitum, & non procul à mari diſſitum detentum fuit, qui ſcopulus etiamnum Troilus dicitur. Heſiodi autem cadauer, vbi primùm à terra excidit, excipiẽs Delphinorum grex ad Rium & Molycriam deportauit. Fortè tum Locri ſolennem conuentum agebant apud Rium, ac ſacris operabantur publicis, quæ etiamnum ſplendidè iſto in loco peraguntur. Cùm verò cadauer videretur afferri, mirati (vt par erat) ad littus accurrerunt, cúmque cadauer recèns interfecti Heſiodi agnoſcerent, gloria hominis permoti, nihil antiquius habuerunt quàm cædis authores quærere: ac citò iis ſucceſſit res, inuentóſque percuſſores viuos in mare præcipitauerunt, & eorum domum diruerunt. Ipſe Heſiodus apud Nemeium ſepultus eſt: & ſepulchrum eius plerique peregrini ignorant: occultatur enim propter Orchomenios, qui id quærunt, & reliquias Heſiodi, monitu oraculi cuiuſdam, auferre & apud ſe humare cupiunt. Hæc ibi, & idem Plutarchus in lib. de ſolertia animalium, ab Heſiodi cane proditos Ganyctoris Naupactij filios, à quibus Heſiodus interfectus fuerat, meminit. Et hic quidem illi

exitus poſt longæuam ſenectam, quæ ideò abii ab eius nomine in prouerbium. Extat Pindari hoc innuens Epigramma,

„ χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
„ Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Secunda pubes eſt in ſenectute: duplex tumulus, alter in vndis, alter apud Locros. Vide Eraſmum Chil. 2. Cent. 7. Prou. 61. Sed nos ab illa morte, per eius victurum in hac reliqua librorum parte genium, ereptum Heſiodum ſuauitérque canentem audiamus.

ELOGIA EX ANTHOLOGIÆ LIB. III. ET IIII.

ΕἸΣ ΗΣΙΌΔΟΝ.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου στέφανον, καὶ κόσμον ἀοιδῆς,
Ἀσκραῖον γενεὴν, Ἡσίοδον κατέχω.

Ἀναθηματικὸν εἰς αὐτόν.

Ἡσίοδος μούσαις Ἑλικωνίσι τῆνδ' ἀνέθηκα,
Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος· ἀλλὰ θανόντος,
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει
Ἡσιόδου. τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστὶν,
Ἀνδρῶν κρινομένων, ἐν βασάνῳ σοφίης.

Ἀλκαίου εἰς αὐτόν.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
Νύμφαι κρηνιάδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
Καὶ τάφον ὑψώσαντο. γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
Ἔρραναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
Τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν ἐννέα μουσῶν
Ὁ πρέσβυς, καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

Αὐταί ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλά σε μοῦσαι,
　　Ἔδρακον ἐν κραναοῖς οὔρεσιν, Ἡσίοδε.
Καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσάμεναι περὶ πᾶσαι,
　　Ὤρεξαν δάφνης ἱερὸν ἀκρέμονα.
Δῶκαν δὲ κρήνης ἑλικωνίδος ἔνθεον ὕδωρ,
　　Τὸ πτανοῦ πώλου πρόσθεν ἔκοψεν ὄνυξ.
Οὗ σὺ κορεσσάμενος, μακάρων γένος, ἔργα τε μολπαῖς
　　Καὶ γένος ἀρχαίων ἔγραφες ἡμιθέων.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ΜΟΥΣΑΙ πιερίηθεν ἀοιδῆσι κλείουσαι,
Δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι,
Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς, ἄφατοί τε φατοί τε,
Ῥητοί τ' ἄρρητοί τε, διὸς μεγάλοιο ἕκητι.
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
Κλῦθι ἰδὼν αἴων τε, δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
Τύνη, ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.
Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω. τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.
Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
Σχετλίη, οὔτις τήν γε φιλεῖ βροτὸς, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
Τὴν δ' ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννὴ,
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,

Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι, καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω.
Ἥτε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων,
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμμεναι, ἠδὲ φυτεύειν,
Οἶκόν τ' εὖ θέσθαι. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων,
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ' (ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι)
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

HESIODI ASCRÆI OPERA ET DIES.

MVSÆ Pierides carminibus celebres,
Adeſte, narrate per veſtrũ patrẽ cantantes,
Quare mortales viri celebres ſint pariter atq́ obſcu-
Glorioſiq́ & inglorij. Iouis magni conſilio. (ri,
Facilè enim extollit, facilè verò elatum deprimit:
Facilè inſignem minuit, & obſcurum auget:
Facilè quoque corrigit prauum, & ſuperbũ attenuat,
Iupiter altitonans, qui ſupremas ædes incolit.
Adſis videns audiensq́, rectè verò moderare leges,
Tu: ego autem Perſæ vera loquar.
Non vtique vnũ eſt contentionum genus, ſed in terra
Sunt duo: alteram certè laudauerit prudens: (hunt.
Altera verò culpãda eſt: per diuerſa autẽ animũ tra-
Nam hæc quidem bellumq́ malum, & litem auget,
Pernicioſa, nullus hanc amat mortalis, ſed neceſſitate
Fatali quadam contentionẽ colunt, quamuis grauem.
Alteram verò (nam priorẽ genuit Nox atra) (tans,
Poſuit quidẽ ipſam Saturnius altijugus, æthere habi-
Terræq́ in radicibus, & viris longè meliorem:
Hæc etiam inertem, tamen ad laborem excitat.

In alterum enim quiſpiam reſpiciens, opere vacans,
Diuitem, qui properat arare atque plantare, (nus;
Domũq; bene inſtituere: æmulatur ſanè vicinũ vici-
Ad opes contendentẽ (bona certè cõtentio hæc morta-
Et figulus figulo ſuccenſet, & fabro faber: (talibus)
Et mendicus mendico inuidet, cantorq́; cantori:

Commentarivs.

Primus hic liber προπαρασκευὴν continet ad illam ἐργασίαν, de qua diſſeret ſecundus. Porrò ab iniuſtitia, quâ plerique mortalium ad opes cõparandas miſerè abutuntur, ſic deterret, vt tamẽ legitimum & ſecurum diteſcendi modum in ſolo terræ cultu conſtituat. Illa verè noſtra ſunt, quæ à laboribus noſtris elicimus, illi veri & innoxij labores, qui in communi omnium matre exaranda, & quaſi ad victum noſtrum ſollicitanda occupantur. Vtique qui in litibus & foro ætatem terunt, alienis potiùs inhiare bonis vidẽtur, neque abſunt ab iniuſtitię ſuſpicione, qui iuſtitiam ſæpius attentant, vt tam frequenti contactu penè temeretur ſancta illius virginis caſtitas. Quid ſi illam iuris rectitudinem ad obliquam πλεονεξίαν contorſeris? obices malorum & miſeriarum omnium perfringis, & totum orbẽ illis immergis torrentibus: vnica ſalus in ſeuera illa æquitatis regula, à qua ne vnguem quidẽ tranſuerſum diſcedendum ſit. Innocentiùs omnino viues, ſi animum tuum ab iſtis humanæ vitæ labyrinthis, ad planos telluris campos conuerteris.

Μοῦσαι] Socrates in Phædro Platonico cùm

duo inſaniæ genera ſtatuiſſet, τὴν μὲν ὑπὸ νοσημάτων ἀνθρωπίνων, τὴν δὲ ὑπὸ θείας ἐξαλλαγῆς τῶν εἰωθότων νομίμων γιγνομένην, illius diuinæ inſaniæ quatuor partes, totidémque harum partium Deos facit, μαντικὴν μὲν ἐπίπνοιαν ἀπόλλωνος, διονύσου δὲ τελεστικὴν, μουσῶν δ' αὖ ποιητικὴν, τετάρτην δὲ ἀφροδίτης καὶ ἔρωτος. Ergo Muſarum eſt peculiaris Poëtice, à quibus furores vaticinij animis noſtris inflammari, credidit antiquitas: ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ, inquit hymnus Homericus. Hinc eſt illa vſitatiſſima, & religioſa Muſarum apud Poëtas in ipſo operis capite inuocatio, de qua nos in Homero noſtro. Quod etiam interdum oratores ipſi æmulari non ſunt dedignati: ἄγετε δὴ ὦ μοῦσαι, inquit eodem loco φιλοποιητὴς ille Socrates, εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ λίγειον (ſic lego) ταύτην ἔχετ' ἐπωνυμίαν, ξύμμοι λάβεσθε τοῦ μύθου, ὅν με ἀναγκάζει ὁ βέλτιστος οὑτοσὶ λέγειν. Exaudis hic autē muneralē numerū in Muſis, ſed quatenus hic numerus excurrat, facilè non ſtatues. In Antipatri epigrāmate δίζυγες μοῦσαι deſignantur. Pauſan. in Bœoticis varietatē iſtam numerorum perſtringit: & Plut. Συμπ. θ. 18. Illas ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας, οὕτως ὠνομάσθαι μούσας, voluit idem Plutarchus περὶ φιλαδελφ. Dicemus ἐνκαιρότερον plura in Theogonia. Cęleſtis verò aliis viſa eſt tota iſta Muſarum διαδοχή. Nouem ſphęris cælorum, nouem Muſæ aſſignatę, quas fortè Sirenas appellauit Plato in ſua Repub. Hinc eſt quod & cęlum canere comprobant veteres illi Theologi, & quod Muſas eſſe mundi cantum ruſtici etiam ſciunt, qui eas

camœnas,quaſi canenas, à canẽdo dixerunt,inquit Macrobius ad Scipionis ſomniũ, lib. 2.c.3.

πιερίηθεν] Euſtathius ex verſu illo Odyſ.5. vbi Mercurius πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ, colligit, ὅτι οὐκ ἂν ἀπειρότως Ἡσίοδος δοκοίη ἐκ πιερίας τὰς μούσας ἐπικαλέσασθαι διὰ τὸ κατ' ἀλληγορίαν ἐπίπειρον τοῦ λόγου τοῦ κατὰ τὰς μούσας. Vbi pro ἐπίπειρον legi poſſit ἐπήορον, vt intelligatur ſermonis Muſarum ſublimitas: ſed illud ἐπίπειρον forſan idem quod apud Phauorinũ πίπειρον, adnexũ viribꝰ πλούσια, εὐδαίμονα, λιπαρὰ in voce πίερα, vel potiùs πίειρα, vt apud Hom.Ody.1.dicitur γαῖα καλῆτε καὶ πίειρα, pinguis. Malo omnino ἐπήορον per ἀπόδοσιν ad montem, & hoc quidem Euſtathius, vt vides, ἀλληγορῶν. Addit, ἄλλως δὲ καθ' ἱστορίαν ὄρος παρώνυμον Πιερός τινος ἥρωος ἡ πιερία, μακεδονικὸν ἱερὸν μουσῶν. Illum verò Piera υἱὸν Ἐλαθῆρος fecit idem Iliad. 5. vel potiùs Macedonis, qui & Iouis filius, habita ratione Macedoniæ in qua mons ille dicatus Muſis.

οὔτε διὰ βροτοὶ] Rationem viuendi Perſæ ſuo præſcripturus, altiùs repetita ſermonis origine, cauſas diuerſæ hominum conditionis anquirit. Mirum enim & illud maximè, cur vna & eadem gens mortalium, in contrarium vitæ genus, trãſuerſa diſtringuatur, quilibet peculiarem ſtatum ille gloriæ, hic ignominiæ, ſortiti. Si ſpectes cõcurrentia in eundem beatitatis finem omnium vota, meritò dubites vnde illi in ſpes ſuas aſſurgant, iſti miſerè collabantur. Fruſtra ergo illud inculcaueris, fortunæ ſibi quenque eſſe fabrum: nam ecce ne vix quidem vllus cupidini ſuo ſatiſ-

facit, & cuilibet penè præter animum ſors ſua obuenit. Nodum hunc piè diſſoluit Heſiodus: vnde iſta *ἀφάτων τε φάτων τε ῥητῶν τ' ἀῤῥήτων τε* differentia? *Διὸς μεγάλοιο ἕκητι*. A ſolo Numine (inquam) eſt totum hoc diſcrimen: porrò, ne quid fortunæ, ne quid ſolertiæ tribueris, Deus bona, Deus mala hominibus ſuopte arbitrio impertitur. Hoc eſt quod Homerus noſter de gemino Iouis dolio Iliad. ω. ingenioſè confinxit.

δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων·
ᾧ μὲν καμμίξας δώη Ζεὺς τερπικέραυνος
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώη, λωβητὸν ἔθηκε,
καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσι.

Porrò ſolent Poëtæ ad Numinis decreta, tanquam ad rerum aſylum, confugere, vbi eos cauſarum ignorantia vrget: quod nos in noſtri Homeri redintegratis commentariis annotamus ad illud *Διὸς ἐτελείετο βουλή*.

ῥεῖα μὲν]Huic loco paria fecit Pindarus Pyth. 1. od. 2.

θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσσι τέκμαρ ἀνύεται.
θεὸς ὃ καὶ πτερόεντ' αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται
δελφῖνα, καὶ ὑψιφρόνων τιν' ἔκαμψε
βροτῶν, ἑτέροισι δὲ
κῦδος ἀγήραον παρέδωκε

Paulò poſt.

—χρὴ δ' ὁ πρὸς
θεὸν οὐκ ἐρίζειν,
ὅς ἀνέχει. τότε μὲν τὰ κείνων,
τότε δ' αὖθ' ἑτέροις ἔδω-
κε μέγα κῦδος.

Quæ planè aurea verba ex plumbea illa alioqui pietate ſtudioſè à nobis eruẽda ſunt, ne qua proficiendi occaſio nobis iiſdem pereat, vtcumque cæteri labores toti nobis pereant.

κλῦθι ἰδὼν] Muſas anteà ad ſolum ἐνθουσιασμὸν inuocabat, iam perſpectâ illâ diuerſarum conditionum cauſâ, quaſi ex Muſarum relatione, meritò ad cauſam illam aſſurgit, & ab ea verã implorat opem, & ſolidùm operi ſuo auxiliũ. Reſpice me, inquit, & exaudi. Quid mihi cum Muſis? Reperi Principem Numinum qui mihi oculos & aures accommodet. Cætera ſcintillæ ſunt ex hoc igne emicantes, hic erit fons caloris & furoris noſtri Poëtici, maximè ad veridicum illud vaticinium, quod iam Perſæ meo molior, & adorno. Intereà quia ad vitæ fraternæ ἐπανόρθωσιν quandam aggreditur, quæ in recta ipſius æquitatis norma maximè conſiſtit, id primùm à Ioue poſtulat, vt iura & leges dirigat, & iuſtè moderetur, dum ipſe ad vera quædam tum vitiorum tum virtutũ indicia fratri ſuo enuntianda ſe accingit. Dicebamus paulò antè Heſiodũ noſtrum in ipſius iuſtitiæ commendatione totũ occupari. Et hæc eò pertinent.

οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην] Exorditur à bicipiti iſto vitæ genere, quod ipſo quidem nomine ſimplici facilè non diſtinguitur, ſed vtrumque ἔρις &

contentionis appellatione communi contineatur. Duplex eſt, inquit, inter homines contentio, diſcuſſâ nempe illâ ὁμωνυμίᾳ, altera quidem quæ homines inuicem ad vitæ cultum exacuit, altera quæ inuidiâ, & ad mutua detrimenta collimante furore ita animos exaſperat, vt non niſi cum iactura aliena conquieſcant. Hæc ideò, vt cauſas malorum à poſtrema, bonorum à prima deriuari doceat, illam vt deuites, hãc vt obnixè cõſectêris. Duplex eſt nimirum humani animi διάθεσις. Omnes augendæ ſuæ rei ſtudio tenentur, tum verò eò magis, quo vicinis vberiorem ſegetem eſſe iudicant: non patimur facilè nos vinci quouis modo. Sed ex hac aliorum felicitate, tum ſimplex aut eorum diligentiam, aut induſtriam æmulandi affectus nos commouet, tum verò aliis plura adeſſe ſic ægrè ferimus, vt facilè ad eorum odia, & perniciem prorumpamus. Illi optimè conſtituti animi luculenta teſtimonia exhibent, qui in nuda illa æmulatione conſiſtunt. Eſt enim ferè æmulatio inuidiæ mater. Quod ſuæ ciuitatis exemplo docet Plato in Menexeno εἰρήνης δὲ, inquit, γενομένης, καὶ τῆς πόλεως τιμωμένης, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, ὃ δὴ φιλεῖ ἐκ τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὖ πράττουσι προσπίπτειν, πρῶτον μὲν ζῆλος, ἀπὸ ζήλου δὲ φθόνος. ὃ καὶ τήνδε τὴν πόλιν ἄκουσαν ἐν πολέμῳ τοῖς ἕλλησι κατέστησε. Vtique ſi opes alienas ſic æmularis, vt tuis inde rebus maiorem diligentiam adhibeas, ne tu in paupertate deliteſcas, dum alii in diuitias ampliores enituntur, habes penes te innoxiæ illius contentionis amorem omnino laudabilem: ſin ita æmularis, vt malignè & cum animi dolo-

r (vt eſt φθόνος λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν ait Ariſt. 2. Rhet.) inuideas, atque adeò fribuſcula identidem, & diſſidia vicinis tuis commoueas, atræ illius ἔριδος ſtimulis, & flagellis ad inſaniam planè impelleris, & per te non ſtat, quin ſacroſancta illa hominum ſocietas corruat.

ἔπις τίω γε φιλεῖ] Mirum, vt eos ipſos affectus quos omnes oderint, ſic tamen induant plerunque homines, non tam dilectu animi, quàm fatali quadam rerum neceſſitate, quæ nos vel inuitos de quieta mentis ſede in has rerum turbas deturbat. Quis per ſe bella, & tumultus amat? Nemo planè, quia hæc ſibi nemo optauerit, vt pote mala, ſed iis tantùm quos per hunc liuorem inſectamur. Aliis ergo diſſidia, rixas, lites ſuſcitamus, quas ſibi contingere nemo homo velit. Denique peccamus ſubinde in illam naturæ legem, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Quare hoc? dixerim cum Ioue Homerico,

— οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

A` peruerſitate illa naturæ nobis ingenita, & familiari. At Heſiodus, ὑπ' ἀνάγκης, inquit, ἀθανάτων βουλῇσιν. Hoc Dii ita ſanxerunt, vt ineuitabile planè ſit quodcunque ita contingit. Hic eſt μόρος, hæc εἱμαρμένη, quæ tamen inculpata eſt, & plane ἀμώμητος. Omnia præuidet Deus, omnia præordinat: mala quidem, non vt malorum author, ſed quia & in malis noſtris feraciſſima laudum eius ſeges quodammodo luxuriat, cum ea in nobis damnat, ὅτι αὐτὸς ἔφα (vltra quid quæris ho-

muncio, & abyſſos Numinis quid concutis?) in ſuum tamen decus vtique detorquet. Vt delinqueres ergo præſtituit Deus, quia in tui pœna, imò & abſoluta οὐθενώσει, purum illud gloriæ illius iubar emicat. Cautè dubitare deſine. Tu porrò in his rationibus piè & ſanctè ἔπεχε, intereà tamen à ſceleribus ἀπέχου. Quæ enim vetat Deus, ſi tu in illa offenderis, peccas: nec te illa Dei προόρεσις excuſat, quam tu ignorabas, antequam offenderes. Tum te porrò deploratæ ſalutis ſentiam, cùm tu culpæ tuæ reum facies Deum, nec tibi ſoli potius inſultabis, in quo & à quo tota mali labes, quam ſi non eluis, væ tibi cui pœnitudinis fores occluſæ ſunt. Hæc ἐν παρόδῳ.

τὴν δ' ἑτέρην] Iſta ὑπερβατικῶς, & quantum anguſtiæ verſuum patiebantur, quas conſectatum Heſiodum operis breuitas ſatis indicat. Vides autem vt prauæ & diſtortæ illius contentionis, caligines illas vitæ noſtræ offundentis, ortum Nocti aſſignet: alteram verò Iouis liberalitati. Nocti veteres peſſima, & infauſtiſſima quæque tribuebant: qua de re videbimus in θεογονίᾳ. Hîc attende diligenter, cùm hæc pernicioſa contentio homines ab opere auocet, & ad conſumendas quàm ad comparandas opes ſit accommodatior, vt docebunt illa mox ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε, &c. meritò Nocte genitam dici, ſi credis ingenioſis Grammaticis, qui νύκτα dictam ἀντιφραστικῶς volunt, à pungendo, ἡ μὴ νύσσουσα εἰς ἔργον ἀλλὰ μᾶλλον καταπιθεῖσα. ὅθεν καὶ θοὴ νύξ, ἡ καταθεπτικὴ κατά τινας. Appoſitè omnino

ad ſenſum Heſiodi. Verè diurni labores noctu conquieſcunt. Qui porrò his contentionibus animum applicant, licet variis angantur modis, & omnem lapidem mouendo, quieſcere minimè videantur, tamen quoad veram illam & legitimam laborandi rationem, quæ non alienas iniurias, ſed propria commoda innocenter à ſe ipſa veluti elicit, verè ſi non aliis, ſibi ſaltem ceſſant. An &, remota antiphraſi, verè νύσσουσι cõtentioſi iſti homines, qui manus identidem cum omnibus rixoſè quodammodo conſerunt, & alienam quietem pungunt & conuellunt? Sed & nocte ſcelera huiuſmodi facilè contegũtur, ideò ſæpe Dianæ immurmurant, vt ait Flaccus,

Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.

Interdum tamen & in Nocte quædam bonitas. Hinc illud ἐν νυκτὶ βουλή (quanquam οἱ βαδίζοντες ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ νύσσονται καὶ προσκόπτουσι) & νυκτὶ πείθεσθαι ſuaſit Homerus. Adde quod & νύκτα εὐφρόνην, ὅτι τὸ φρονεῖν ὡς μάλιστα τότε τοῖς ἀνθρώποις παραγίνεται, dixit Sophocles, interprete Theone in Progymnaſmatis, vt & loquitur Heſiod. lib. 2. μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσί, id eſt noctes. Sed hoc diuerſa ratione. Silentium nocturnum liberæ meditationi aptiſſimum. Hinc ille σύλλογος νυκτερινὸς apud Lacedæmonios, in quo grauiſſimæ cauſæ diſceptabantur, authore Plutarch. in Sympoſ. ex Platone. Noctem itaque rectè diſtinxit Heſiodus ἐρεβεννῆς (παρὰ τοῦ ἐρέβους, ὁ περὶ ταρτάρου τόπος) epitheto. vt & Homerus νύκτα ὀλοὴν: cùm aliàs ἀμβροσίην dixerit. Inter Numina collocarunt Noctem veteres, quòd vidiſſent, quaſi

per noctem, illud Moſaicum, *Et tenebræ erant ſuper abyſſum.* Antequàm illuceſceret fax illa incognita πρωτογενής, Nocte omnia occupabantur: hinc datum quoque rerum quarundam Nocti initium: cæterùm audaciuſculè, in cæca illa veritatis ignorãtia, κὴν ἀνδὶ περισκόψεως. Addã ἐκ παρέργου, Stygiã iſtã contentionem in rerũ ciuilium adminiſtratione maximè verſari, vnde rectè ille Ion apud Euripidem, ſcopulos illos negotiorum refugit. Quippe,

οἱ τὰς πόλεις ἔχουσι κἀξιώματα
τοῖς ἀνθαμίλλοις εἰσὶ πολεμιώτατοι.

γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι] Altera illa contentio, quæ nos ad opus exſuſcitat & impellit, Iouis eſt munus, longè mortalitati vtiliſſimum. En etiam in illa ætheris excelſa parte degentis Numinis cura, & quaſi ſollicita de hominum ſtatu anxietas, qua nos ſtimulis quibuſdam ad honeſtos labores vrgeri voluit, & ipſas etiam terræ radices & viſcera perſcrutari, quæ γεωργικὴ eſt.

εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν] Cautem Marpeſiam pro corde gerit, qui ad alienæ εὐπραγίας ſucceſſus minimè commouetur, non vt malignè inuideat, & in eorum detrimentum diſtorqueatur, ſed vt tam felici exemplo ſibi dato, operas, quibus ad fortunam illam deuentum eſt, eaſdem æmuletur, ſibi documento, nocumento nulli. Hic eſt ergo fructus aureæ illius contentionis, vt ſterilem vitam noſtram eſſe non patiatur. Dato vel inertiſſimum quenque, ſi vicinum εὐπραγοῦντα conſpexerit, tum ille excitata ſocordia, manus operi ſedulas admouet, piget eũ tanti veterni, & con-

g[e]rendarũ opum viã quoque anxiè perſcrutatur

ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων] Quàm ſint decantati [h]i verſus nemo neſcit: vſurparunt dudum vel ipſi Philoſophiæ Antiſtites, & cuilibet exinde ſunt in ore. Ariſtot. 2. & 8. Moral. Rhetoric. 3. Huc refer ſimilitudines illas *μάχιμον* nempe & *ἐπιεικῆ*, de quibus Plut. in Sympoſ. Denique æmulationem, non beneuolentiam pariunt *ὁμοτεχνίαι*. *Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro.* *ζῆλον* autem hic appellamus, non *φθόνον, καὶ λύπην ἐπὶ τὸ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ*: dolendum enim nõ eſt adeſſe aliis quod tibi deſit, ſed deeſſe ſibi quod aliis adſit. Eſt ergo potiùs, vt notant Grammatici, *διέγερσις τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὰ καλὰ πρὸς παράδειγμα ὁρώσης*. Promiſcuè tamen *ζηλοῦν, κοτέειν καὶ φθονέειν* dicit Heſiod.

καὶ πτωχὸς] Quàm miſera eſt iſta æmulatio pauperis in pauperem! ſed id *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum *εἰς ἄφενον σπεύδοντα*. Verè *πτωχὸς* ille *ὃς πάντας πτώσσει καὶ ταπεινοῦται*, qui victum mendicãdo erogat, à diuitiis in paupertatem deturbatus, *ὁ ἀπὸ πλούτου εἰς ἔνδειαν κατελθών*: cùm *πένης* dicatur *παρὰ τὸ πένεσθαι, ὅ ἐστιν ἐνεργεῖν, καὶ ἐκ τοῦ πονεῖν πορίζεσθαι τὰ χρειώδη, καὶ ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐν ἐνδείᾳ ὤν*, ſed qui laboribus vitam fouet.

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι,
Νείκε' ὀπιπεύοντ' ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
Ὧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται,
Ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει Δημήτερος ἀκτήν.

Τοῦ κεκορεσσάμενος, νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις
Κτήμασ' ἐπ' ἀλλοτρίοις, σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται
Ὧδ' ἔρδειν. ἀλλ' αὖθι διακρινώμεθα νεῖκος
Ἰθείῃσι δίκαις, αἵ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ', ἄλλά τε πολλὰ
Ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσαι.
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

O Perſa. Tu vero hæc tuo repone in animo, (abducat
Neque malis gaudẽs contentio animũ tuũ ab opere,
Lites ſpectantem, forique auſcultatorem exiſtẽtem.
Tempus namque paruum eſt litiúmque, forique,
Cui non ſit victus domi annuus repoſitus,
Tempeſtiuus, quem Terra fert, Cereris munus.
Quò ſatiatus, lites ac rixam moueas (rum erit
De facultatibus alienis. Tibi vero non amplius ite-
Sic faciendum. Sed rurſus diſcernamus litem
Rectis iudiciis, quæ ex Ioue ſunt optima. (multa
Nam nuper quidem patrimoniũ diuiſimus, ſed ſanè
Rapiens ferebas, valde demulcens reges
Doniuoros, qui hanc litem volunt iudicaſſe.
Stulti: neque ſciunt, quanto plus dimidium ſit toto,
Neque quàm magnum in malua & aſphodelo bonũ.

COMMENTARIVS.

ὦ πέρση] Hic eſt frater Heſiodi, quem Heſiodus verè fraterno amore complexus, ab illa praua φιλονεικίᾳ dehortatur, quæ cùm ſoleat animos hominum in lites forenſes diſtrahere, tum verò facilè quaſuis opes exhaurire pôteſt. Auida enim illa fori ingluuies conſumendis loculis eſt aptiſ-

ſi na, ac eos niſi ſubinde labore tuo reſtauraueris, mirum quàm repentè fumi illi diuitiarum euaneſcent. Itaque vel ipſis etiam litium conſectatoribus deamanda illa γεωπονικὴ, vt pote litibus fouendis accommoda. Neruus enim omniũ negotiorum in ære conſtitutus, quo ſeſe qui non corroborat, in his rerum æſtibus, minimo negotio, dilabitur, & colliqueſcit.

νείκε᾽ ὀπιπεύοντα] Qui opprimendæ innocentiæ anſam ex ipſa litigandi facilitate aucupantur, æquitatis ſcopo longiſſimè aberrant, imò dixerim toto cælo. Porrò vix eſt vt quis frequentiùs forum terat, niſi qui atterendi alterius ſtudio inſanit. Ille ad malignam ſuam ἔριδα, ipſam iuris rectitudinem detorquet, cùm verus legum vſus conſeruandæ, non conturbandæ vitæ tranquillitati ſit deſtinatus. Hinc eſt quod Cato Cenſorius forum lapidibus acutis ſternendum cenſebat, ne populus litibus aſſueſceret, litibus, credo, per vitiatum animi candorem inferendis. Nam & reorum ampliſſimus fauor in Iure, eorum, inquam, qui motarum in ſe actionum impetus ſuſtinent, ac quibus ſanctiſſimæ leges, quàm benignè fieri poteſt, patrocinantur. At quia ſolent detrimentorum periculo homines ab inſtituto dimoueri, hoc vrget Heſiodus, vt doceat ex illa litium congerie, & fori ſtudio non niſi rei noſtræ diſpendium excitari. Eloquens, inquit Seneca, captat pretium, ex litium numero. Rectè de cauſidico, quæ *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo*: vel de iudicibus illis, qui toti ſententias ſuas pretio nundinãtur, vt eſt apud Apul.

10. Metam. At in litigatores rectè dixerit Horatius, *Stultitiam patiuntur opes.* Itaque vel ipſis etiam litium fautoribus id maximè ſtudendum, vt annuus victus, qui diſſipatas expenſas identidem reſarciat, domi reponatur, in qua horrea frugibus gemant, cellæ nectare diſtendantur, denique vt tota domus ingenitas quodammodo opes oſtentet, ne ignaua noſtra mendicitas theſauris alienis temerè obſtrepat.

τοῦ κεκορεσμένος] Iſta non ſunt ſuadentis, ſed indulgentis animi verba. Si tantus, inquit, litigandi amor tibi inſidet, hoc præcaue, vt ea tibi compares, ſine quibus nunquam te illis litium mæandris explicueris: nõ quod ego tuum illud φιλονεικὲς calculo meo comprobem, ſed vt doceam, quàm ſit neceſſaria, atque adeò cuilibet conſectanda iſta ruſticationis cura, totius vitæ fœcundiſſima magiſtra, ſine cuius adminiculo, vel imbellis illa egeſtas totas hominum actiones ſubruit. Quod autem vitilitigium illud non ſuadeat Heſiodus, docent ſequentia, σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται ὧδ' ἔρδειν. Quaſi dicat, Demus te à foro non poſſe diuelli, tamen ſine opibus quid exequaris? vtique de iis comparandis ad lites ſuſtentandas cogitandum eſt. At neque ego te idcirco foro addictum velim, imò vide ne impoſterum tale quid de te exaudiam. Si qua inter nos ſuboriuntur diſſidia, ſi quod communi diuidundo, aut familiæ erciſcundæ iudicium, illud ſanè inter nos ex æquiſſima diuinarum legum regula componamus, non altercando, non per iurgia, ſed animo amicabili, & ad pacem omnino

omnino inclinante.

αἰτ᾽ ἐκ Διός] Non damnat ergo iura, quibus diuinam aſſignat originem, ſed tricas & nodos illos hominum, quibus vel libera quæuis æquitas ita innectitur, vt vix ſe expediat, per moras illas diuturniores, per offuſas veritati caligines, per forenſium pecorum & Vulturiorum togatorum rabiem, per diſtortas denique Iudicum ſententias. Ita vel ſanctiſſimum quodque ingenioſæ hominum prauitates facillimè fœdant. Cæterùm per ſe ius à Deo, quo ſuum cuique tribuitur: hinc Zeno Imperator *diuinos iudices* appellauit: hinc ipſos Magiſtratus Deos vel ipſe Deus in ſacris indigetat: adeò veneranda eſt illa legum authoritas, quæ hominibus cælitus demandatur. Cælorum ſiquidem vel vnicè intereſt, omnia in terris ad normam diuinam exigi. Qui humano ſenſu cæleſtia illa tractant myſteria, exaudiant illud Orphicum, ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι. Eos denique Iuſtitiæ candidati minimè adeunto, imò exſibilanto, explodunto.

ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον] Exemplum domeſticum vrget aduerſus fratrem, quo conſtat à Perſa iſto litibus Heſiodum diuexatum, occaſione capta ex patrimonij inter eos facta diuiſione. In qua cùm ſe iniuſtè Perſa gereret, bona dilapidare non ceſſabat, munerum delinimentis Iudices ſibi demulcendo: quod ſalsè deridet.

βασιλῆας δωροφάγους] Reges, id eſt, Iudices auidos munerum, helluones vocat, quos forſan & ſuprà Apuleius Vulturios appellaſſet. Quàm ſit turpis illa δωροδοκία in ſacris Iuſtitiæ ſacerdotibus

iampridem tota ſanæ mentis antiquitas indicauit. Sanctiſſimè Plato ea de re 12. de Leg. *τοὺς τῇ πατρίδι διακονοῦντάς τι, δῶρον χωρὶς χρὴ διακονεῖν, πρόφασιν δ' εἶναι μηδεμίαν, μηδὲ λόγον ἐπαινούμενον, ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς μὲν δεῖ δέχεσθαι δῶρα, ἐπὶ δὲ φλαύροις οὔ· τὸ γὰρ γνῶναι, καὶ γνόντα καρτερεῖν οὐκ εὐπετὲς, ἀκούοντα δὲ ἀσφαλέστατον πείθεσθαι τῷ νόμῳ, μηδὲν ἐπὶ δώροισι διακονεῖν, ὁ δὲ μὴ πειθόμενος ἁπλῶς, τεθνάτω ἁλοὺς τῇ δίκῃ.* Sic lex 12. Tabularum, *Iudex*, inquit, *qui ob rem dicendam, pecuniam accepiſſe conuictus eſt, capite punitor.* Sed & idem Platò, in Socratis viri iuſtiſſimi & ſapientiſſimi perſona, 3. de Repub. *οὐ μὲν δὴ*, inquit, *δωροδόκους γε ἐατέον εἶναι τοὺς ἄνδρας, οὐδὲ φιλοχρημάτους, οὐδ' ᾀστέον αὐτοῖς ὅτι δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας*: qui verſus eſt Homericus, vbi & Phœnicem, Achilli munera accipere ad iræ placamentum ſuadētem, acriter vellicat. Extat Dinarchi Rhetoris oratio *κατὰ Ἀριστογείτονος*, quem *δωροδοκίας* nomine grauiter apud Athenienſes inſectatur, & exclamat, *μὴ καταρρᾳθυμήσατε ὦ Ἀθηναῖοι, μηδ' ἀπείπητε τιμωρούμενοι τοὺς πονηρούς, ἀλλ' ἐκκαθάρατε, καθ' ὅσον δυνατόν ἐστι, τὴν δωροδοκίαν ἐκ τῆς πόλεως.* Quanquam ibi adiuncta erat *προδοσία*. Sacra pagina, Beatum eum prædicat, qui manus ſuas, ne teneant munus, excutit. Eſa. 33. Et alibi, me interprete, eum,

Qui non, innocuos iniuſta vt conterat arte,
Ad porrecta manum munera porrigit. Pſal. 15.

Iuſtinianus noſter puras iudicum manus Deo, Principi, & legi, ſeruari iuſſit, nullúmque lucrum contingere, neque maius, neque minus, ſed contentum eſſe ſolis à fiſco ſibi ſubminiſtratis. Nou. 17. cap. 1. Spartianus notat Peſcennium Nigrum

ſtatuiſſe,vt iudicibus ſalaria è publico penderentur, ne cui eſſent oneri: & adieciſſe, *Iudicem nec dare debere, nec accipere*. Rectè itaque apud Ælianum 12. Var. Ephrattes Sophonidæ filius,quanquam anguſtiis paupertatis conflictatus, liberè tamen amicis ſibi decem talenta dono offerentibus, vel hæc me cogerent, inquit, præter ius aliquid concedere,vel ſi minus vos obſeruarem, ingratiſſimum cenſeri. Sed dura nimis eſt viſa hæc munerum omnium abſtinentia, quam vetus illud Prouerbium emolliuit, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτ' ἀπὸ πάντων. Nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum eſt: & omnia, auariſſimum, vt annotauit Vlpianus noſter in l. ſolet. §. fin. ff. de offic. Proconſ. & leg. In eſculentis & poculentis conſiſtere δωροδοκίαν iſtam, voluit noſter quoque Modeſtinus, in l. plebiſcito. ff. de off. præſ. Si quis ergo Iudex hos limites non egreditur, & manus oculóſque perinde continentes ſeruat, non erit δωροφάγος appellandus: qua voce, inexpleta illa corradendi & coaceruandi munera libido notatur, quaſi corruptelarum quædam βουλιμία. Hos ſuggillat Heſiodus acerrimus integritatis propugnator. Rectè Grammatici δωροφάγους ἐμφαντικῶς ἀσώτους, ἐκ τῶν δώρων τρεφομένους, dictos ſcribunt, homines nempe profligatæ fidei, & pudoris perditi, qui ſuopte vitio pereunt, quales eſſe ἀσώτους monet Ariſtot. Ethic. 4. cap. 1. Et quia lucri illa immenſa auiditas tranſuerſos agit plerumque hominum animos, audiamus ſubinde Pindarum in Nem. hym. vltimo,

κέρδων δὲ χρὴ μέτρον θηρεύεμεν

ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μάνιαι.

Lubet hic attexere picturam Iuſtitiæ qualis erat apud Chryſippum, in libro *περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς*, referente Gell. 14. 4. *παρθένος δὲ*, inquit, *λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιαφθόρους εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις, μηδὲ προσίεσθαι, μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους, μήτε παραίτησιν, καὶ δέησιν, μήτε κολακείαν, μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων. οἷς ἀκολούθως, καὶ σκυθρωπὴ γράφεται, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, καὶ ἔντονον, καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ ἑτέροις, προσάντους.* Faciet hęc *διαγραφὴ* ad plures ſequētes locos, ſi voles, & ad totam vitam, ſi ſapis.

νήπιοι] Immenſam Iudicum circa *δωροφαγίαν* auiditatem notat, eóſque dementes ait, qui pluris totam illam *πλεονεξίαν*, quàm moderatam *ἰσότητα* æſtiment: *τὸ πᾶν* enim hîc, vt monent interpretes, *τὴν πλεονεξίαν*, *τὸ ἥμισυ τὴν ἰσότητα* ſignificat. Eraſmus iampridem dilucidè prouerbialem hanc vocē enarrauit, Chil. 1. Cent. 9. ex Platone de Leg. 3. & 6. Laërte in Pittaco, Plutarcho in Conuiuio ſeptem Sapientum, Suida, & aliis. Illum, vel illos conſule, ne ſit *δὶς κράμβη θάνατος*. Heſiodus omninò auream nobis mediocritatem ita prædicat, vt quamuis reipſa ab ipſo rerum exceſſu longè ſuperetur, maioris tamen ſit & commodi, & ſecuritatis. Qui mediâ incedunt viâ, à periculis altioris caſus abſunt: qui ſupra nubes auolant, Nemeſin & Adraſteam vindices ſui tandem ſentiunt. Per ſas & nefas cōngeſti loculi vix inuidias, vix inſidias fugiunt, at mediocritas ipſa per ſe ſibi quaſi *ἀλεξίκακος*. Et ſi hæc mediocritatis commoda, cum illis *πλεονεξίας* periculis compares, hoc etiam

quod tu in mea mediocritate dimidium præ tuo toto cenſes, plus tuo toto ego cenſeo. Denique malim Fabricius è villa ad faſces accerſiri, quàm Crœſus è ſummo & ſplendido vitæ faſtigio, in obſcuram vulgaris vitæ ſpeluncam detrudi: imò & cum Heſiodo malua & aſphodelo innocenter victitare, quàm illos *δωροφάγους κυδαίνειν*, cum illa iniquitatis fama, Perſæ inuſta. Hoc, naturæ veluti inſtinctu, ſubodorabatur Darius, *ὃς τοὺς φόρους τοῖς ὑπηκόοις τάξας, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους τῶν ἐπαρχιῶν, καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε μὴ βαρεῖς εἰσί, φησάντων δὲ μετρίως ἔχειν, τελεῖν τοὺς ἡμίσεις, ἕκαστον ἐκέλευε*, Plut. in Apopht. Ioan. Tzetzes Chil. 7. 124.

> *Ἡσίοδος*, inquit, *τὸν ἀδελφὸν ἀργίας ἀποτρέπων*
> *καὶ δικασταῖς χαρίζεσθαι τῷ χαίρειν τοῖς ἀδίκοις,*
> *λέγει τρανῶς ὡς ἄδικα τῶν δικαστῶν τὰ γένη,*
> *οὐκ ἀκριβῶς γινώσκοντα πόθεν κερδαίνειν δέον,*
> *οὐδ' ὅτι τὸ ἥμισυ ἐστὶ τοῦ ὁλοκλήρου πλέον,*
> *τουτέστι, τὸ βραχύτατον τὸ ἐκ δικαίου μέρος*
> *ὅπερ πολλῶν καθέστηκεν ἀδίκων ὑπέρφερον.*

Quaſi dicat, innuiſſe Heſiodum vel minimam Iuſtitiæ partem longè pluris faciendam quàm plures iniurias, & à recti norma declinationes. Sed nos ſenſum noſtrum non mutamus.

ἐν μαλάχῃ] Videtur vitæ *ταπεινότητα* commendare, nedum illam mediocritatem, quam per illud *τὸ ἥμισυ* deſignari dicebamus. Hæc ergo vel ad ipſius mediocritatis commẽdationem faciũt, ſi vilis illa viuendi ratio longè optima hominibus eſt, quæ alioqui ex ſua vilitate contemptior debere fieri videbatur, quid dicas de ea, quæ licet paulò altius ab iſtis fæcibus & ſordibus aſſurgat, in

BIBLIOTECA ... F.C.... ...

illa tamen mediocritatis æqualitate conſiſtit? vel potiùs hoc mauult Heſiodus. Adeò inſaniunt, qui muneribus ampliſſimis tanta auiditate inhiant, vt cùm reuerà τὸ ἥμισυ πλέον ſit τοῦ παντὸς, tamen ego vel maiorem felicitatem in iſta exigua victus tenuitate collocare non dubitem. Malim, inquam, his ſponte naſcentibus herbulis, & manu mea excerptis, vitam quantumuis langueſcentem trahere, quàm per iniuſtas illas δωροφαγίας, ſplendidioris vitæ luxuria & faſtu intumeſcere. Maluam & Aſphodelum eſſe herbas ruſticanas, ac proinde facilioris prouentus, & paratioris copiæ, quàm quæ culturam hominum expoſcunt, omnes norunt. De Aſphodelo dubitatum quod genus eſſet herbæ, monet Gellius lib. 18. cap. 2. Sed ea dubitatio ludicra mihi viſa eſt, & Saturnalibus illis, in quibus agitata eſt, digniſſima. Dicent Theophraſtus, & Dioſcorides, dicet & Plinius, cæteríque herbarij.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
Ῥηϊδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσαιο,
Ὥς τε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν, καὶ ἀεργὸν ἐόντα.
Αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο,
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε, χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
Ὅττι μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Κρύψε δὲ πῦρ. τὸ μὲν αὖθις ἐὺς πάϊς Ἰαπετοῖο,
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος,
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.
Τόν δὲ, χολωσάμενος, προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.

Ιαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδὼς,
Χαίρεις πῦρ κλέψας; καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ως ἔφατ', ἐκ δ' ἐγέλασε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
Ηφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν,
Καὶ σθένος, ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
Παρθενικαῖς, καλὸν εἶδος, ἐπήρατον. αὐτὰρ ἀθήνην
Εργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν.
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν ἀφροδίτην,
Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γυιοκόρους μελεδῶνας.
Εν δὲ θέμεν κυνεόν τε νόον, καὶ ἐπίκλοπον ἦθος,
Ερμείην ἤνωγε, διάκτορον ἀργειφόντην.
Ως ἔφατ', οἱ δ' ἐπίθοντο Διῒ κρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον, κρονίδεω διὰ βουλάς.
Ζῶσε δὲ, καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.
Αμφὶ δέ οἱ χάριτές τε θεαὶ, καὶ πότνια πειθὼ,
Ορμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ. ἀμφὶ δὲ τήν γε
Ωραι καλλίκομοι στέφον, ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
Πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε παλλὰς ἀθήνη.
Εν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος ἀργειφόντης,
Ψεύδεα, θ' αἱμυλίους τε λόγους, καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου. ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κῆρυξ, ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα,
Πανδώρην, ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
Εἰς ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν ἀργειφόντην,
Δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον. οὐδ' ἐπιμηθεὺς

Ἐφράσαθ' ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεὺς μή ποτε δῶρον
Δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν
Ἐξοπίσω, μήπου τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα,
Ἐσκέδασ' ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι
Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσι, οὐδὲ θύραζε
Ἐξέπτη. πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
Αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.
Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται.
Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα.
Νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ,
Αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι,
Σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
Οὕτως οὔτι που ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι.

Occultarunt enim dij victum hominibus:
Facile enim alioqui vel vno die tantum operatus eſſes,
Vt in annum quoque ſatis haberes, ocioſus etiam,
Statimque temonem quidem ſuper fumum poneres,
Opera verò boum ceſſarent, multorũque laborioſorum.
Sed Iupiter abſcondit, iratus mente ſua,
Quia ipſum decepit Prometheus verſutus.
Quocirca hominibus parauit triſtia mala, (peti puer
Abſcondit verò ignem, quem rurſus quidem bonus Ia-
Surripuit ad hominum vſum, Ioue à conſulto,
In caua ferula, clàm Ioue fulminibus gaudente.

Huncq́ indignatus, affatus eſt nubicoga Iupiter:
Iapetionide, omnium qui conſiliorum conſcius es,
Gaudes ignem furatus? quodq́ animũ meũ deceperis?
Id tibiq́ ipſi magnum erit malum, & poſteris.
Ipſis namque pro igni dabo malum, quo omnes
Se oblectent animo, ſuum malum amplectentes.
Sic ait, riſitq́ pater hominumq́ deúmque,
Vulcanum verò inſignem iuſſit, quàm celerrime
Terram aquæ miſcere, hominisq́ imponere vocem,
Et robur, immortalium verò dearum faciem referre
Virginum, pulchrã formã, peramabilem, at Mineruã,
Opera docere, ingenioſam telam texere.
Et gratiam circumfundere capiti, auream Venerem.
Et deſiderium moleſtum, & membra fatigãtes curas.
Imponere verò caninamq́ mentem & furaces mores,
Mercurium iuſſit, nuncium Argicidam.
Sic ait: illi autem obtemperarunt Ioui Saturnio regi.
Moxq́ ex terra finxit inclitus vtrimq́ claudus
Virgini verecundæ ſimilem, Iouis conſiliis.
Cinxit verò, & ornauit dea glaucocula Minerua.
Circum verò Charitesq́ deæ, & veneranda Suada,
Monilia aurea poſuerunt corpori, ipſam porrò
Horæ pulchricomæ coronarunt floribus vernis.
Omnem verò illius corpori ornatũ adaptauit Pallas
At pectori ſanè nuncius Argicida, (Minerua.
Mendacia, blandosq́ ſermones, & doloſos mores
Indidit, Iouis cõſiliis grauiſtrepi, ſed vocẽ vtiq́ (hãcce
Impoſuit deorum præco, appellauit autem mulierem
Pandoram: quia omnes cæleſtium domorum incolæ
Donum contulerunt, detrimẽtum hominibus curioſis.
At poſtquã dolũ pernicioſum & ineuitabilẽ abſoluit,
Ad Epimethea miſit Pater inclitum Argicidam,

Munus ferentẽ deorũ celerẽ nunciũ:neq; Epimetheus
Cogitauit, vt illi præcepiſſet Prometheus, ne quando
Suſciperet à Ioue Olympio,ſed remitteret (munus
Retro, necubi mali quippiam hominibus fieret.
Verùm ille ſuſcipiens,cùm iam malum haberet,ſenſit.
Prius namque in terra viuebant familiæ hominum,
Omnino abſque malis,& ſine difficili labore,
Morbisq; moleſtis,qui hominibus ſenectam afferunt.
Mox enim in afflictione mortales conſeneſcunt.
Sed mulier manibus vaſis magnũ operculũ dimouens,
Diſperſit,hominibus autẽ machinata eſt curas graues,
Sola verò illic ſpes infracta in pyxide
Intus manſit,dolij ſub labris, neque foras
Euolauit,prius enim iniecit operculum dolij,
Aegiochi conſilio Iouis nubicogæ.
Alia verò innumera mala inter homines errant.
Nam plena quidem terra eſt malis,plenumq; mare.
Morbi autem hominibus tam interdiu,quàm noctu
Vltronei oberrant,mala mortalibus ferentes,
Tacitè, nam vocem exemit conſultor Iupiter.
Sic nuſquam licet Iouis mentem euitare.

COMMENTARIVS.

κρύψαντες γὰρ ἔχουσι] Facilis eſt illa quidem viuẽdi ratio,quę alienis tantùm opibus diripiendis inhiat, at legitimus diuitiarum modus ſummis laboribus conflictatur: alioqui vel vnius dieculæ operula manuum cuilibet ſufficeret, cùm tamen plurium menſium ſpatia curandis agris tribuantur. Vbi enim Prometheus dolo ignem Ioui clepſit,vt eſt apud Tullium, ex Æſchylo, Iuppiter temeritatem illam vltus, eius pœnas in vniuerſum

hũmanum genus diffudit, ex quibus præter cætera mala hoc fuit maximum, quòd magnis ſudoribus victus nobis fuit procurandus, qui anteà ſpontaneo terræ prouentu ſuſtentabatur. Huc refer illud Virgilij. 1. Georg.

» —*Pater ipſe colendi*
» *Haud facilẽ eſſe viã voluit, primuſq́; per artẽ*
» *Mouit agros, curis acuens mortalia corda,*
» *Nec torpere graui paſſus ſua mẽbra veterno.*

βίον] Non ſunt alienæ hoc loco curioſæ Grammaticorum obſeruationes: βίος enim παρὰ τὸ μετὰ βίας καὶ ἀνάγκης ζῆν. Vita illa quam Numina nobis occultarunt, ſummo labore nobis eſt conquirenda. At contrà θεοὶ ῥεῖα ζώοντες apud Homerum, οὐχ οὕτως οἱ ἄνθρωποι, ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσίν.

ἀλλὰ Ζεὺς] Redeunt vel inuiti veteres ad μονάδα. Dixerat anteà κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον: nunc dixit, ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε.

ὅττι μιν ἐξαπάτησε] Fieri hoc potuit vt Numen ab homine deciperetur? Iſta ſunt ἀνθρωποπαθήματα, vel in Sacris paginis familiaria. Decipitur Deus fraudibus hominum, eorum inſtituti habita ratione, quibus hoc in animo eſt, Deo veluti oculos configere, quaſi non videat lumen illud ἄσβεστον, quod nos fraudum noſtrarum tenebris obruimus. Quodnam verò eſt iſtud Promethei ἐξαπάτημα; Ridiculum omnino, & piis auribus indignũ, ſed de quo tamen aniles garriunt fabulæ, quibus adumbratum eſt quadamtenus primum humani generis πρωτόπλασμα. Tria ſunt Prometheo aſſignata, quæ Iouis iram exacuerunt. Primùm cer-

ta quædam κρεανομία, in qua Prometheus dicitur appoſitis carnibus, & inter Deos diuiſis, partem quandam ex oſſibus ſola pelle intectis ſtatuiſſe, παιδιάν τινα παίζων, πειρώμενος εἰ διαγνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἱρούμενος, quæ cùm Ioui contigiſſet, fertur excanduiſſe, &, vt coniicimus ex Heſiodo, ignem illum, quo nempe carnes illas excoctas fuiſſe veriſimile eſt, occultaſſe. Hoc eſt enim quod ſubiungit κρύψε δὲ πῦρ. Alterum Promethei peccatum, eſt ἀνθρωποποιΐα, quòd inquam, τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασε πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας. Crimen fuit iſtud apud Iouem, quòd Prometheus homines effinxerit, ſimiléſque Numini. Effinxit autem ex cœno, cuius reliquias oſtentaſſe Panopenſes meminit Pauſan. in Phocicis. Tertium fuit vulgatiſſima illa πυρκλοπή. Cùm enim Prometheus ignis vſum neceſſariũ mortalitati animaduerteret, non eſt veritus, vel furti periculo, eũ Ioui ſubtrahere. Hæc κατηγορήματα diluit argutè Prometheus apud Lucianum, tandémque libertatem à Ioue conſequitur. Vtique funeſtiſſima omnium fuit illa πυρκλοπή. Ex cæteris enim criminibus in ſe ſolum Prometheus Iouis furorem conuerterat. Ex iſto furor ille in ipſos etiam homines dimanauit, adeò vt pro ingenti commodo mox ingentia incommoda à Diis receperint.

ἔκλεψ᾽ ἀνθρώποισι] Quis ſit hic ignis quem Ioui ſurripuit Prometheus, variè explicatum: Alij ad artificia referunt, ideóque verè τὸ πῦρ πάντεχνον appellauit Æſchylus, eóque vſum Vulcanum, quem antiqua illa Mythologia inter Deos ſummum artificem agnoſcit, fulmina Ioui, & arma Diis fabri-

cantẽ, quaſi peculiarẽ anteà ſoli Vulcano ignem ad hominès Prometheus tranſtulerit: Alij ignem hũnc de hominum mente intelligunt, *Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.* Vtrũque complectuntur qui Vulcanum κλυτόμητιν, & κλυτοτέχνην indigetant. Non abſonum quod ait interpres Æſchyli (apud quem plura ſunt in illo Prometheo δεσμώτῃ ad hunc locum pertinentia) πῦρ καλεῖται, inquit, ἡ γνῶσις διὰ τὸ δραστήριον, προμηθεὺς δὲ καλεῖται ἡ προμήθεια, καὶ ἡ πρόγνωσις, καὶ ἡ πρωτόπλασις, ἣν δέδωκεν ὁ θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ ἔχειν καὶ φυλάττειν, καὶ μήτινος φροντίζειν, ὁ δὲ ταύτην λαβὼν οὐκ ἐφύλαξεν, ἀλλ᾽ ἤρξατο φροντίζειν καὶ λέγειν τὰ μὴ δέοντα, καὶ προβουλεύειν, οὕτως οὖν κλέπτης λέγεται τῆς προμηθείας τῶν θεῶν.

ἐν κοίλῳ νάρθηκι] Idem Æſchyli interpres, ὅτι δὲ νάρθηκι ἔβαλε τὸ πῦρ, καὶ αὐτὸ προσφόρως, ἀπὸ γὰρ τῆς οἰκείας σαφηνότητος, τοῦ νοὸς, ἤρξατο φροντίζειν καὶ προλέγειν τὰ μὴ δεόντα.

Elegans eſt locus Claudiani in Panegyrico Honorij ad hoc ipſum quod agimus,

» *Diſce Orbis, quod quiſq; ſibi cùm conderet artus*
» *Noſtros, æthereis miſcens terrena Prometheus,*
» *Sinceram patri mentem furatus Olympo,*
» *Continuit clauſtris, indignantemq; reuinxit.*
» *Et cùm non aliter poſſent mortalia fingi,*
» *Adiunxit geminas, illæ cum corpore lapſæ*
» *Intereunt, hæc ſola manet, buſtoq; ſuperſtes*
» *Euolat, hanc alta capitis fundauit in arce*
» *Mandatricem operum, proſpecturamq; labori.*

Quis porrò non videt quàm miſerè diſtorta ſit, & deprauata primigenia illa veritas, quæ peccatum primi parentis noſtri indicabat? Ille verus Pro-

metheus qui *προμήθειαν* illam affectauit, qua ſe Deo æquipararet, oculos ſuos aperiendo. Hoc fuit Iouis ignem ſurripere, ac ipſum Iouem velle decipere, temeraria & vana ſui opinione: quaſi Deus lucem illam malignè hominibus inuidiſſet, quæ tanto facinore erat attentanda. Hoc ipſum inſcius perſtrinxit Æſchyli Prometheus, dum ſe ſolum hominum miſertum, cùm Iupiter omnia bona ſolis Diis eſſet impertitus, contendit. Alij ignis inuentorem Prometheum aſſerunt, quod cùm plerique negarent, Phoroneo ab iis attributum eſt. Vnde ille poſt imaginem Ditonis accenſus ignis qui Phoronei dicebatur, apud Pauſan. in Corinth.

σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα] Vulgatum eſt qua vltione Iupiter Prometheum ſit proſecutus, *προσκλώμενον τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυκάσῳ, καὶ ἀετὸν τῷ ἥπατι τρέφοντα.* Quod nos fuſiùs propediem in Æſchylo perpendemus.

τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς] Vnius ob noxam, totum humanum genus plecti voluit Iupiter, ne tam luculento ignis munere, vacui à malis, fruerentur: Commiſceri ſcilicet hæc extrema ſic oportuit, vt nemo hominum ex ſcelere alieno impunè locupletaretur. Trahit vitioſa quæuis *πρόσκτησις* ſua quoque incommoda, vt hîc delicta non ſuos tantùm authores, ſed etiam poſſeſſores teneant, vt loquuntur in foro Romano. Tale ferè eſt illud quod de equo Seiano, de auro Tholoſano veteres prodidêre, quaſi rei ipſi inhæreant interdũ pœnæ, ac perſonam reorum egrediantur. Fatalis ergo fuit hic ignis, & pariter reliquis quibuſuis furti

huius commoda percepturis, ac furi exitiabilis.

τὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες]Atqui hoc ipſum eſt malorum omnium caput, tuis malis ita delectari, vt ſenſum omnem exuiſſe videare. Quid ſupereſt ad cõſummatum hominum infortunium? Ecce vtrâque vlnâ ſua etiam nocumenta ampleƈtuntur, quod ἀναισθησίας, & ſtuporis profligatiſſimi eſt indicium.

ἐκ δ' ἐγέλασσε] Tota illa diuini furoris moles, in riſus diffunditur. Ad grauitatem ſceleris commotus eſt, ad irritam impunitatis πρόληψιν reniduit, quales ſolet nobis riſus poſt indignationem, comes plerumque dedignatio elicere, vbi potiſſimùm vltionis facilitas nobis animos mordaculè titillat.

ἥφαιστον] Hîc eſt Deorum operarius, nec ſolùm διὰ πυρὸς, cuius eũ inuentorẽ facit Diodorus, vnde illa arma Achillea, & αὐτόματα mirabilia in Deorum conuiuiis, apud Homerum, fulmina creberrima tum in Ætna, tum in Lemno ad Iouis vſus, & cætera eiuſdem artificii, quorum nomine vel περικλυτὸς nuncupari meruit: non, inquam, ſolius ignis artificio, ſed & διὰ πλαστικὴν, compaƈtis terra & aqua inſimul: quæ reƈtè Vates quaſi omnium compoſitorum materias coadunauit. Memini ad Homeri locum Iliad. ξ.

» Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,

annotaſſe Didymum per Thetyn terram intelligi, quod ego dubitanter probabam, & improbabam penè: iam muto, vt conſentiat Heſiodo Homerus. Moueor quòd Homerus tertio poſt verſu vtrumque coniunxit,

» γαίης νέρθε καθεῖσε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.

Quid verò quod ibidem & eodem contextu, Iuno ad conſociandos tum Oceani tum Thetidis inuicem auulſos animos teſtatur?

τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καὶ σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω,
ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
εὐνῆς καὶ φιλότητος, ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι,
αἰεί κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην.

Nam quale hoc eſſet matrimonium, niſi Oceani cum Terra? Diſſimilium enim aptiora connubia quàm ſimilium ne ſint ὁμοθηλυκά, aut ὁμοαρσενικά, vt ita loquar. Denique commodiſſimè Aquæ & Terræ πάντων γένεσις tribuitur, vtpote in quas reſolui mortem ſignificet. Hinc illud, ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, apud Hom. Iliad. η. ἀντὶ τοῦ νεκρωθείητε, καὶ ζωογόνου καὶ πνευματώδους θέρμου στερηθείητε, aiunt Grāmatici, & nos ad eum locum: omnia enim inde verè ortum habent, in quæ poſtremo reſoluuntur, ſicci & liquidi adhibito calore mixtura, γένεσις eſt: eorūdem diſſipatio, φθορά. Vera eſt illa & antiquiſſima ortus & interitus ſententia, maximè in hominis efformatione. (Neque enim hîc Phyſicorum loculos excutimus) quam hic ad efformandam Pandoram præcipit Iupiter. Additur, inquam, aqua terræ, quòd cùm terra per ſe arida ſit, ac perinde friabilis, nec ad compactionem ſatis idonea, ſine qua vix effingi poſſit, pár eſt vt humore anteà perfundatur, vnde glutinis inſtar varias formas ad figuli nutum induat. Ex vtraque naſcetur corpus elementare, cui ſi acceſſerit ignis

ille Vulcanius, id eſt συνεκτικὴ αἰτία Stoicorum, hominem eſſe ſenties. Solius terræ meminit ſacra pagina in mirabili illo primi parentis opificio, Finxit (inquit) Deus hominem puluerem de humo, id eſt ex terræ puluere. Hoc adumbrauit noſtra Poëtice.

ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν] Vocem viri mulieri affingit, id eſt grauiorem, cùm mulieres propriè voce ſint acuta, perinde atque pueri, & ſenes, ídque propter ſpiritus tenuitatem: contrà viri grauem eſſe vocem docuit Homerus noſter, qui cùm Achillem βαρυστενάχοντα dixiſſet, ſtatim Thetida ὀξὺ κωκύσασαν ſtatuit, Iliad. σ. Sic Agamemnonem μέγα στένοντα, Iliad. ι. At ſenes cicadis argutæ vocis comparat, Iliad. γ. Sic μάστιξ λιγυρὴ apud eundem, Iliad. λ. quæ ob tenuitatem, acutiorem edit ſonũ. At hæc Pandora non eſt voce fœminea & exili, quaſi non fœmina ſit, ſed vira quædam (ſic enim antiquis appellatas fuiſſe fœminas, docet etiamnum pannoſus ille Feſtus, quem nobis temporum iniuria reliquum fecit) aut virago. Vnde ne de plebe hoc recens fœminæ figmentum videretur, datum illi eſt & in voce aliquid ἐξοχώτερον, quod ad perfectiorem viri ſtatum propiùs accederet. Idem & de robore dicendum, cùm alioqui ἀσθενέστατον ſit mulierum genus.

ἀθανάτοις δὲ θεαῖς] Vox Deorum credo videbatur ἀμίμητος, non itidem Dearum forma, in qua τὸ κάλλος, καὶ τὸ ἐπέραστον conſtituit, vtrumque coniunctim, & appoſitiſſimè. Ipſa enim pulchritudo adeò amoris eſt incentiua, vt de virtute non dubitarit aſſerere Plato, eam ſi oculis cerneretur, mi-

rabiles ſui amores excitaturam fore, quò nitidiora ſunt, & ad ipſum luminis dilutum ſplendorem magis accedunt corpora, acriùs feriunt ac præſtringunt intuentium animos, factóque veluti ſui commercio eos obnixè ſibi deuinciunt. At à natura eſt, quòd craſſa & tenebricoſa quodammodo eadem corpora reſpuimus, ſic mens noſtra in his etiam humanis perpetua ſui contentione πρὸς τὸ κάλλος, id eſt, πρὸς τὴν τοῦ σώματος εὐμετρίαν, μελῶν τε καὶ μερῶν μετὰ εὐχροίας, collimat. Huc pertinebit illud Plut. in Quæſt. Platon. κάλλους τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἔρως, τὸ δὲ κάλλος ὁμοιότητι τῇ πρὸς τὰ θεῖα κινεῖ, καὶ ἀναμιμνήσκει τὴν ψυχήν.

αὐτὰρ ἀθήνην] Omnium opificiorum inuentio tribuitur Mineruæ, quæ verè nihil aliud μυθολογεῖται quàm ſapientia, & ingenium: ideò natam è Iouis capite ferunt, quòd ea ſit rationis & acuminis ſedes. *Apud Latinos* (inquit Iſidorus,) *Minerua vocata quaſi dea, & munus artium variarum. Hanc enim inuentricem multorum ingeniorum perhibent, & inde eam artem & rationem interpretantur, quia ſine ratione nihil poteſt contineri. Quæ ratio quia ex ſolo animo naſcitur, animumque putant eſſe in capite & cerebro, ideò eam dicunt de capite Iouis natam, quia ſenſus ſapientis, qui omnia inuenit, in capite eſt.* Denique ἀθηνᾶ, διὰ τὸ ἐπιστατεῖν τοῖς χειρώναξιν, ὑπερβολικῶς ἐπαινεῖται. Hic ἐργασίας, & ὑφαντικῆς meminit Vates. Minerua primùm Ergane dicta eſt, cuius templum apud Lacedæmonios fuiſſe meminit Pauſ. in Lacon. Simulachrum apud Theſpienſes à Meneſtrato extructum, eíque aſtantem Plutonē, in Bœot. Eam quoque Machanitida in Arcad.

idem docet, *αὕτη γὰρ εὗρε τέχνας, καὶ ἔργα ἐπίσασθαι διδά-σιν*: & *ἐργάνη*, inquiunt Grammatici, *παρ' ὅσον ἔφορός ἐστι τῆς τῶν γυναικῶν ἐργασίας*, qualis fuiſſe dicitur apud Athenienſes & Samios, apud quos vocatur quoque *ἐργάτις*. Accipe autem *τὸ ἔργον, ἀντὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τελουμένου*. At quod ad *ὑφαντικὴν* attinet, ſpecies eſt *τῆς ἐργασίας*, ſed apprimè ſingularis, & ingenioſa, mulieribúſque peculiaris, ac ipſi Penelopæ tributa, quæ telam ſuam, procos eludendo, *ὑφαίνεσκε καὶ ἀλύεσκεν*. Notat Euſtathius ad illud *ἱστὸν ἐποιχομένην*, Iliad. *ι. γυναικεῖον τὸ ἱστουργεῖν παρ' Ὁμήρῳ, καὶ οὐκ ἂν παρ' αὐτῷ ὑφάνῃ ἀνὴρ, εἰ μὴ ἄρα βουλὰς, εἰ καὶ τοῖς ὕστερον μοχθηρῶς παρατετολμᾶται κατά τι αἰγύπτιον ἔθος. ὃ καὶ Σοφοκλῆς παρεσημήνατο ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ κολωνῷ*. Quod de more Ægyptio hîc perſtringit Euſtathius, robur accipit à Plin.lib.7. cap.56. Ægyptiis textilium inuentionem tribuẽte. Sed idem Euſtath. diſtinguere ibidem videtur, vt cùm prius textrina ſtãdo exerceretur, quod illa Homeri, *ἱστὸν ἐποιχομένην*, ſatis innuũt, primùm Ægyptia quædam mulier *καθεζομένη ὕφανεν: ἀφ' ἧς καὶ αἰγύπτιοι ἀθηνᾶς ἄγαλμα καθημένης ἱδρύσαντο*. Quanquam & illud *ἐποιχομένην* alia ratione interpretetur, *ἀντὶ τοῦ ἐπισατοῦσαν τοῖς ὑφαινούσαις, καὶ περιιοῦσαν, καὶ ἐπισκεπτομένην, αὐτάς τε καὶ ὅσα ἔργα χρήσιμα τοῖς ἱστουργούσαις*.

χρυσῆν ἀφροδίτην] Munera Veneris duo ſunt, vnum in gratia capiti fœminæ perfundenda, alterum in deſideriorum cruciatu. Illa nos abripit, hic vitæ gaudia nobis abrumpit. Cur verò Venus aurea, cur *πολύχρυσος* in hymno Homerico? An ob metallo ſimilem præſtantiam? an ob ornamenta

quibus gaudent & luxuriant formæ? an ob mulierum φιλοχρηματίαν? Philoſtratus Veneris κάτοπτρον ἀργυροῦν, ὑπόχρυσον σανδάλιον, περόνας χρυσᾶς in eius ſimulacro fuiſſe refert: & aurum ergo illi in ornamentorum deliciis. Euſtath. Iliad. γ. & τ. χρυσῆν ἀφροδίτην dictam ait, ἢ χρυσοφόρον, ἢ καλὴν, ἢ ὅτι χρυσῷ καταπρέπεται, ᾧ καὶ Ζεὺς τὴν Δανάην χειροῦται: vnde Theocritus χρυσῷ παίζουσαν appellat. Apud Sýracuſios legem fuiſſe tradūt, τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, εἰ μή τις αὐτῶν συγχωροίη ἑταίρα εἶναι κοινή: vnde verè aurum Veneri tribuetur, vtpote ἑταίρᾳ, καὶ ταῖς χρυσαγωγοῖς ἑταιρείαις χαιρούσῃ. Fuit & quædam Ἱστιαία γραμματικὴ, quæ diceret πεδίον εἶναι χρυσοῦν καλούμενον, ἐν ᾧ χρυσῆς ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ τιμή. Iuſtinus Martyr cùm ſciret ex Diodoro, Veneris aureæ fanum, lucum, & agrum in Ægypto propè Memphim, hinc auream dictam Venerem ab Homero voluit. Quod autem hîc vides à Venere gratiam capiti Pādoræ infundi, monet Veneris cum gratiis conſortium, ſine quibus ne ipſa quidem Venus venuſta ſit. Itaque eas illius παρέδρους καὶ συμβώμους facit Phurnutus, imò & nonnulli Veneris & Liberi filias conſtituunt. Iam ſi χάριτες, παρὰ τῆς χαρᾶς, à gaudio & lætitia dictæ ſunt, conuenient Veneri τῇ φιλομμειδεῖ. Sed nos & Veneri tandem blandiamùr. Aurum verò nunquid puritatis eſt, & ἀφθαρσίας ſymbolum? vnde illa Agamemnonis filia χρυσόθεμις τοῦ ὀρθοῦ νόμου καὶ καθαροῦ παρώνυμος fuiſſe dicitur. Audeamus ergo & Venerem aureā dicere, quæ & *Verticordia* dicitur apud Valerium, ex Senatuſconſulto conſecrata, quò faciliùs virginum mulierúmque mentes à libidine ad pudi-

ſitiam conuerterentur. De ea Lactant. Grammat.apud Papin.lib.5.Thebaid. ἀποστροφίαν ἀφροδίτην, Pauſan. in Bœot. Veneris ſimulachrum apud Thebanos fuiſſe memorat,ex ſummis tabulis quę Cadmi nauibus inerant fabricatum, ab eius vxore Harmonia,hoc nomine,vt à cupiditate nefaria, & facinoribus ſceleſtis genus humanum auertatur. Imò ego hanc Venerem χρυσοῦ ἐξοχώτερον facilè pronuntiauero, nedum χρυσῆ. Talis erit Venus illa Anaïtis, quam colunt Armenij in regione Zelitide, ídque ſumma cum ſanctimonia, adeò vt & in eius templo iuſiuranda quæuis de rebus magnis præſtari ſoleant. En verba Strabon. lib. 12. ἡ δὲ ζηλῖτις ἔχει πόλιν Ζηλὰ, ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τετειχισμένην, ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ἥνπερ καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβονται, αἱ μὲν οὖν ἱεροποιίαι μετὰ μείζονος ἁγιστείας ἐνταῦθα συντελοῦνται, καὶ τοὺς ὅρκους περὶ τῶν μεγίστων, ἐνταῦθα πολιτικοὶ πάντες ποιοῦνται. Huic primam omnium auream ſtatuam nulla inanitate, & planè holoſphyraton dedicatam monuit Plin.lib.34. cap. 4. Quanquam Hermolaus Dianam voluit intelligi, ſed Gyraldus ex Agathio, & hic ex Beroſo,& Athenocle Symmacho Venerem eſſe docuerunt. Apage porrò ab hoc aureo Epitheto, Apaturiadas, ἑταίρας, Paphias, (ἀπὸ τοῦ ἀπαφίσκειν & decipiendo) πόρνας, ἀνοσίους, καὶ ἀνδροφόνους, & ſi quæ ſunt huius generis Veneres, & caſtæ illi omnium rerum genitrici ſanctiſſimè tribuatur, quam & ideò cælitus ortam ſacra commenta eſt antiquitas, vnde Vranie dicta Platoni: illi, inquam, quæ ſues & porcos, id eſt ſordidas & damnandas libidines auerſatur.

ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον] Corporis ornamenta & munera vidimus, vocem, robur, oris elegantiam, artificia, gratias, & mordacium deſideriorum tormenta, reſtabat informandus animus. Cui rei facilem ſeſe infert Mercurius, caniníſque moribus, & furtorum cupiditatibus ingenium fœminæ penitiùs imbuit. Qui verò ſunt canini illi mores? τὸ *ἀναιδές*, qualis eſt profligati pudoris meretrix, & Venus illa *πάνδημος*, quæ appoſitè canibus comparatur, *διὰ τὴν ἐμφανῆ μίξιν*. Sed & *κύων* quibuſdã Grãmmaticis *ἀντὶ τοῦ θήλεος μορίου κεῖται*. Hanc *κυνικὴν ἀναίδειαν* hominibus quoque Homerus noſter aptauit: ſic *κυνὸς ὄμματ' ἔχων*, & *κυνώπης* dicitur Iliad. *α*, vbi nos ex Oppiano annotabamus, canibus marinis huiuſmodi impudẽtiam potiſſimùm aſſignari, *ἀλλὰ κυνέοισιν* (inquit) *εἰναλίοις οὐκ ἄν τις ἀναιδείην ἐρίσειε*. Sed & canem inter impura animalia refert Plut. Quæſt. Rom. CXI. *οὐ μὴν* (inquit) *οὐδὲ καθαρεύειν ᾤοντο παντάπασιν οἱ παλαιοὶ τὸ ζῶον, καὶ ὀλυμπίων μὲν γὰρ θεῶν οὐδενὶ καθιέρωται, χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους, ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν: ἐν δὲ λακεδαίμονι τῷ φονικωτάτῳ θεῶν ἐνυαλίῳ σκύλακας ἐντέμνουσι, βοιωτοῖς δὲ δημοσίᾳ καθαρμός ὅτι κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν*, &c. Impuritas itaque & impudentia per hunc *κύνεον νόον* intelligendæ.

ἐπίκλοπον ἦθος] Furaces mores, non tam ad generale illud contrectandi res alienas inuitis dominis vitium, quàm ad furta Veneris referendi. Quæ ſint illa furta, norunt qui clanculum flores illos caſtitatis carpunt, & temerant. Quanquam ſi latiùs extendas, non cohibebo. Iam verò Mer-

curius huius impudentiæ, & furtorum author inducitur. Ad impudentiam facit, quod & Mercurius Anubis apud Ægyptios capite canino fingitur. Sic de eo Apuleius, *Ille ſuperûm commeator & inferûm, nunc atra, nunc aurea facie ſublimis, attollens canis ceruices arduas Anubis, læua caduceum gerens, dextra palmam virentem quatiens*. Quod alij tamen ad canum ſagacitatẽm, alij ad cuſtodiam referũt: ſed nos ad ſenſum Heſiodi videmur proximiùs acceſſiſſe. Facit etiam illa ἐμφανὴς μίξις meretricum, & πάνδημος συνουσία, vt ad Mercuriũ qui ὅδιος, vel ἐνόδιος eſt paſſim ad vias commõſtrandas collocatus, referri poſſe videatur vulgaris libidinum copia. Quod ad furta, quàm ſit in illis ſummus artifex Mercurius, Apollinis greges & ſagittæ teſtabuntur. At quia in his exercendis aſtutiora ingenia magis pollent, fit vt & in furtis Venereis idem aſtus Mercurij requiratur: vnde δολίος, & præſtigiatoris nomen eſt conſecutus. Talia furta in genere comprobabant Lacedæmonij, ſi πανούργως καὶ πεφυλαγμένως perpetrarentur: nam qui ῥαθύμως καὶ ἀτέχνως furaretur pœnas pendebat: talia quoque in primis mulierum congreſſibus. Nam ſponſus πρὸς τὴν νύμφην μετ᾽ εὐλαβείας ἐφοίτα, αἰσχυνόμενος καὶ δεδοικὼς μήτις αἴσθοιτο τῶν ἔνδον· ἅμα καὶ τῆς νύμφης ἐπιτεχνωμένης καὶ συνδιαπορούσης, ὅπως ἂν ἐν καιρῷ, καὶ λανθάνοντες ἀλλήλοις, συμπορεύοιντο, vt eſt apud Plut. in Lycurgo. Quod ille ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης ἄσκησιν fuiſſe dicit, nos tamen in Vate noſtro iſta φορτικώτερα interpretamur.

διάκτορος] Aiunt Grammatici dictum τῷ πλεονασμῷ τοῦ κ, pro διάτορος. Eſt enim τορὸν, τὸ τρανὲς,

καὶ σαφές, quaſi ſit διάκτορες, ὁ σαφὴς ἐν ταῖς ἀγγελίαις.

ζῶσε δὲ] Animaduerte hæc vndequaque præcedentibus non congruere, ſed Poëtæ hoc audere liberum fuit.

πανδώρην] Manifeſtâ etymi ratione, quòd in illius ornamenta ſinguli Dii ſymbolum quaſi dediſſent: vel, inquam, ὅτι παρὰ πάντων δῶρα ἔλαβεν, ἢ ὅτι δῶρον πάντων τῶν θεῶν: quod poſtremùm Grammatici ex Heſiodo deprómptum aſſerunt: ex eo quod mox dicet, δῶρον ἄγοντα θεῶν ταχὺν ἄγγελον. Pauſan. in Atticis ad baſim ſimulacri Palladis expreſſum fuiſſe refert, qualiter nata ſit Pandora, eámque primam mulierem extitiſſe, vel ex hoc Heſiodi loco, euincit.

πῆμ' ἀνδράσιν] Hæc ergo verè ſunt δῶρα ἄδωρα, qualia Hectoris & Aiacis arma, Medeæ veſtis, & altera Deianiræ. His donis ſuperi crimen Promethei expiarunt, & prima eius mali labes in totam poſteritatem eſt deriuata. Homines autem hîc ἀλφηστὰς vocat, διὰ τὴν περὶ τὰ πρακτέα εὕρεσιν μέθοδον, καὶ τὴν κατὰ τέχνας καὶ ἐπιστήμας δύρεσιν. Quod hîc tamen non tam laudi, quàm crimini vertitur.

οὐδ' ἐπιμηθεὺς] Has Epimethei & Promethei fabulas in ore eſſe omni populo, qui neſcit, is ne quidem dignus, qui ad hæc antiquitatis arcana nunc primùm admittatur. Vtrumque fratrem eſſe dicunt, & tam diuerſo, vt vides, ingenio, quod non adeò eſt inſolitum, vt mireris. Et vtrique ingenij ſui notas in nomine exhibet. Vera ſunt illa nomina, quæ aliquid indicant, & arguunt: vnde rectè Philoſophus lib. περὶ ἑρμην: τὸ ὄνομα φωνὴν σημαντικὴν eſſe dicit, ἄνδυ χρόνου, ἧς μηδὲν μέρος ἐστι ση-

μαγτικὸν, κεχωρισμένον: ἐν γὰρ τῷ κάλλιππος τὸ ἵππος οὐδὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ σημαίνει, ὥσπερ ἐν τῷ λόγῳ, τὸ καλὸς ἵππος. Itaque nomina compoſita, & πεπλεγμένα propriè nomina ſunt, non ἁπλά, & tum demum fiunt σύμβολα, quando à ſimplicitate ad συμπλοκὴν tranſeũt, cũ epitheto, in quo ſit ἐνεργητικόν quiddam, rei aut perſonæ conueniens. Vides porrò quàm diſtent Philoſophi à Grammaticis, quibus ὄνομα, tantùm eſt διάλεκτος ἀσύνθετος, καὶ πᾶν ὃ μὴ σημαίνει χρόνον, οἷον λίθος, ἵππος. Nam vt & hæc nomina ſint καθ' ἁπλότητα, ſubſtantiam tãtùm ſpectant: at quæ qualitates notant, longè ſunt luculentiora, & iſto nominum digniora nomine. Ergo προμηθεὺς ille verè eſt, qui res futuras attenta animi coniectura, & mente conſulta præuidet: ἐπιμηθεὺς, qui non niſi poſt rerum euentus ſapit, & ſera premitur pœnitentia. Ille mortalitati commoda, hic incommoda intuliſſe fingitur. Huius itaque Epimethei filiam fingit Pœnitudinẽ Ioan. Tzetzes Chil. 6.87. his verbis,

> τὸν νοῦν τὸν πρεσβυλότατον, καλοῦμεν προμηθέα,
> παρὰ τὸ προμηθεύεσθαι καὶ προσκοπεῖν πρὸ πάθους,
> νοῦν δὲ τὸν ὑστερόβουλον τὸν μετὰ πάθος γνόντα,
> ἐπιμηθέα λέγομεν οὗπερ καὶ θυγατέρα,
> φαμὲν τὴν μεταμέλειαν, ἀπὸ τῶν συμβαινόντων.
> οἱ γὰρ οὐ προσκοπήσουσι, μετὰ δὲ πάθος γνῶσιν,
> ἔχουσι μεταμέλειαν, καὶ προστὴν τὴν θλίψιν.

Claudianus, cuius anteà verſus de Prometheo referebamus, alibi, de Epimetheo locutus, videtur ſecus quàm cæteri totã rẽ intellexiſſe: & lege,

» *Namq; ferunt geminos vno de ſemine fratres*
» *Iapetionidas, generis primordia noſtri*

„ *Diſſimili finxiſſe manu. Quoſcũq; Prometheus*
„ *Excoluit multúmque innexuit æthera limo,*
„ *Hi longè ventura notant, dubiiſq; parati*
„ *Caſibus, occurrunt fabro meliore politi.*
„ *Deteriore luto prauus quos condidit author,*
„ *Quẽ meritò Graij perhibent Epimethea Vates,*
„ *Et nihil ætherei ſparſit per membra vigoris,*
„ *Hi pecudum ritu non impendentia vitant,*
„ *Nec res antè vident, accepta clade queruntur*
„ *Et ſerò tranſacta gemunt:*

Sed vulgatiora ſunt quæ perſtringit Heſiodus. Quanquam Protagoras apud Platonem hoc ipſum etiam diuerſa ratiõne commemoret, vt mirum ſit in re tam trita ſic authores vacillauiſſe. Vbi tempus generationis hominum aduenit, dicuntur Dij Epimetheo & Prometheo eorum informandorum curam demandaſſe, eam tamen Epimetheus à fratre ſibi ſoli impetrauit, adeóque imperitè in diſtribuendis ſingulorum animãtium facultatibus verſatus eſt, vt cùm ad hominem deueniſſet, hæſerit diu, donec Prometheus fratris errore agnito in hominum ſalutem incubuerit, ſurreptíſque Vulcani & Mineruæ ignibus ſua prouincia ſic defunctus eſt, vt ſolus homo inter animantia θεοὺς ἐνόμισε, καὶ ἐπεχείρει βωμούς τε ἱδρύεσθαι, καὶ ἀγάλματα θεῶν. Hæc fermè Protagoras.

ὅτε δὴ κακὸν] Simile illud Homericum ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. Quid iuuat porrò præpoſtera illa prudentia? Rebus enim confectis, conſilio locus non ſupereſt: & vt infectæ ſint, nec Deus ipſe præſtare dicitur, in cuius alioqui poteſtate ſita ſunt omnia: quanquam hæc ἀπάρνησις, non eſſet

δυνάμεως, ſed meræ ἀδυναμίας τε καὶ ἀσυνεσίας documentum. Cumani, & Phryges hoc Epimethei vitio laborarunt: ſic Creon apud Sophoclem, ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν dicitur.

πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον] Iam indicauimus, quàm inconſtanter proditus ſit hic ſermo à veteribus. Alij à Prometheo effictos homines ſtatuunt: quòd ſi ſit, quomodo conſtabit Heſiodus dicens, antequàm hæc contingerent, vixiſſe homines malorum immunes? Alij natos quidem anteà homines, ſed inſtructos igne à Prometheo, & ſic iſta aptiſſimè cohærebunt. Primigenius porrò hominum ſtatus hîc deſcribitur, qui ſi cum ſecundario comparetur, facilè dici poteſt à quanta felicitate, tanquam à cælo, in hęc calamitatum barathra detruſi ſimus. Hunc locum adumbrauit Virg. 1. Georg.

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni,
Nec ſignare quidem aut partiri limite campũ,
Fas erat: in medium quærebant, ipſaq́ue tellus
Omnia liberiùs, nullo poſcente, ferebat.

μένη δ' αὐτόθι ἐλπὶς] Sola ſpes in fundo remanſit, nec à pyxide auolauit, cuius nomine omnia bona comprehenduntur: cùm enim homines malis conflictarentur, id demum ſupererat vt meliorem ſtatum ſperarent. Eſt ſiquidem ἐλπὶς propriè τῶν ἀγαθῶν καραδοκία, vt interpretatur Euſtath. Cui mirum quid in mentem venerit Iliad. ν. cùm hæc annotaret, ἡ μέν τοι παρὰ τῷ Ἡσιόδῳ ἐλπίς ἄλλως δοκεῖ ἔχειν παρὰ τὸ ὁμηρικὸν, εἴπερ κακῶν καραδοκίαν ἐκείνη δηλοῖ. Nam ἐλπὶς ſimpliciter poſitum, & ſine v lla adiectione in bonam partem ſumitur, aliàs κακὴ ἐλ-

πὶς dicitur, & πονηρὰ: aut ſubiungitur regimen vocis quæ ſignificationem indicet, vt cùm dicitur, τιμωρείας ἐλπὶς. Sperandi verbo ſic Latini plerunque abutuntur,

At ſperate Deos memores fandi atque nefandi,
inquit Maro. Et Grammatici, Expectari propriè tam bona quàm mala, ſperari bona tantùm notant: quanquam Priſcianus hanc κατάχρησιν, (non moror enim Diomedis Grãmatici ſcrupuloſam huius vocis interpretationem lib. 2.) in eodem Marone referat, 4. Æneid.

Hunc ego ſi potui tantùm ſperare dolorem.
Sic Herodotus in 1. ἐλπίζων γὰρ ὁ Αλυάττης σιτοδείην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ. Sic Terent. *Nam quod tu ſperes, propulſabo facilè*. Vbi tamen Donatus pro, ſperes, quoſdam legiſſe, timeas, aſſerit: vt vt ſit, nos hîc ſpem bonorum intelligimus: quæ adempta, & totius felicitatis nobis aditum præcluſit. Salutem enim ſi deſperaueris, nunquid & longè grauiores morbos ſenties, quàm ſi te propediem ſanatum iri valetudinis tuæ προγνωστικὸν teſtabitur? Hoc ergo fuit τῶν κακῶν ἁπάντων ἔσχατον, ita malis coërceri, vt libertatis ſpem animo non concipias. Quale ſtatuimus damnatorum ſuppliciũ, quibus ſurdum & inexorabile futurum eſt Numen, & illa Stygis vnda irremeabilis. Quod adeò verum eſt, vt ego in hac vita Heſiodea, inferos propriè deſcribi exiſtimem, aut inferis ſimilem prope vitæ, morti æquiparandæ, conditionem.

αὐτόματοι] Videtur ferè τὰ κακὰ θεόπεμπτα intelligere, & quæ non ex cauſa præiacente oriuntur,

ſed à quibus vel in media vitæ ſecuritate ἀναισθή-τως τε καὶ ἀπρονοήτως corripimur. Illa ſunt verè αὐτόματα, quæ ne tota quidem hominum prouidentia præcaueri poſſunt.

σιγῇ] Verùm eſt tacitè nos ab ipſis morbis inuadi, ea, credo, de cauſa, quòd ipſos intra noſtra viſcera foueamus, à quibus tamen in media ſanitate inſubidè conuellimur. Et hoc de ipſis etiam morborum initiis intellige. Quod tamen Plutarchus renuit, cuius hæc ſunt verba in lib. de ſanit. tuenda, μάλιστα δὲ προφυλακτέον ἐν ταῖς προπαθείαις, καὶ προαισθήσεσιν, οὐ γὰρ ἅπασαι κατὰ τὸν Ἡσίοδον ἐπιφοιτῶσιν αἱ νόσοι σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς, ἀλλ' αἱ πλεῖσται καθάπερ προαγγέλους, καὶ προδρόμους, καὶ κήρυκας ἔχουσιν ἀπεψίαι καὶ δυσκινήσεις, &c. Atqui ego hæc capita morborum tacitè emergere cenſeo, & conſtare Heſiodo ſuam fidem.

Διὸς νόον ἐξαλέασθαι] Digna vox pio Vate, & in eos verè contorquenda, qui ſceleratam vitæ viam eo firmiùs inſiſtunt, quò ſe Deum fallere credunt, in otio potè & ignauia torpeſcentem, qui humana penitus deſpiciat, de ſua tantùm quiete ſollicitus. Illa ſunt de profana Epicuri mente. Quantò luculentiùs Hermogenes de Deo his verbis apud Plut. in lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον. θεοὶ γάρ φησιν, οἱ πάντα μὲν εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοί, οὕτω μοι φίλοι εἰσὶν, ὡς διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαί μου οὔποτε λήθω αὐτοὺς, οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρας, ὅποι ἂν ὁρμῶμαι, οὔτε ὅ, τι ἂν μέλλω πράττειν. Deos dixit πληθυντικῶς, ſed vtique magis ad pietatem, quàm Epicurus.

Εἰ δ' ἐθέλεις ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω,

Εὖ καὶ ἐπισταμένως, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.
Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ, θνητοί τ' ἄνθρωποι,
Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων
Ἀθάνατοι ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Οἳ μὲν ἐπὶ κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν.
Ὡς τε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
Νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι δειλὸν
Γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὅμοιοι
Τέρποντ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.
Θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι, ἐσθλὰ δὲ πάντα
Τοῖσιν ἔην, καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολλόν τε καὶ ἄφθονον. οἳ δ' ἐθελημοὶ,
Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν πλέεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεί κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ηέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται, καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.
Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ἀργύρεον ποίησαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον, οὔτε νόημα.
Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων μέγα νήπιος ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες,
Ἀφραδίαις, ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
Ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
Ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
Ἣ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς
Οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται,
Δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.
Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων
Χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρῷ οὐδὲν ὁμοῖον,
Ἐκ μελιᾶν, δεινόν τε καὶ ὄμβριμον, οἷσιν ἄρηος
Ἔργ' ἔμελε στονόεντα, καὶ ὕβριες, οὐδέ τι σῖτον
Ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμὸν,
Ἄπλαστοι, μεγάλη δὲ βίη, καὶ χεῖρες ἄαπτοι,
Ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσιν.
Τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι.
Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.
Καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὑπὸ σφετέρῃσι δαμέντες,
Βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ ἀΐδαο,
Νώνυμοι. θάνατος δὲ, καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας,
Εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε,
Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς κρονίδης ποίησε, δικαιότερον καὶ ἄρειον,
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι, προτέρῃ γενεῇ, κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς, καὶ φύλοπις αἰνὴ,
Τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ θήβῃ καδμηΐδι γαίῃ
Ὤλεσε, μαρναμένους μήλων ἕνεκ' οἰδιπόδαο.
Τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
Εἰς τροίην ἀγαγὼν, ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.
Ἔνθ' ἤτοι μὲν τοὺς θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψε.
Τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης.
Καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες
Ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' ὠκεανὸν βαθυδίνην,
Ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν

Τρὶς τοῦ ἔτους θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον, οὐδέ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος, οὐδέ τι νύκτωρ,
Φθειρόμενοι. χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.
Ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
Οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες,
Οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ, καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ.
Οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντ' ἐπέεσσι,
Σχέτλιοι. οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες, οὐδέ μεν οἵ γε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν
Χειροδίκαι. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου,
Οὔτ' ἀγαθοῦ. μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα, καὶ ὕβριν
Ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσί, καὶ αἰδὼς
Οὐκ ἔσται. βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα,
Μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσει στυγερώπης.
Καὶ τότε δὴ πρὸς ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλόν.
Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς καὶ νέμεσις. τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
Θνητοῖς ἀνθρώποισι. κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.

Cæterum ſi voles, alium tibi ſermonem exponam
Bellè ac ſcienter : tu verò præcordiis imponito tuis.

Vt

Vt ſimul nati ſunt dij, mortaleſq́; homines, (minum
Aureũ quidem primũ genus diuerſiloquentium ho-
Dij fecerunt, cœleſtium domorum incolæ.
Ii quidem ſub Saturno erant, cùm in cœlo regnaret.
Sed vt dij viuebant, ſecuro animo præditi,
Planè abſque laboribus & ærumna, neque moleſta
Senecta aderat, ſemper verò pedib⁹ ac manibus ſimiles
Delectabantur in conuiuiis, extra mala omnia.
Moriebantur autẽ ceu ſomno domiti: bona verò omnia
Illis erant, fructum autem ferebat fertile aruum,
Spontaneum, multumq́; & copioſum: ipſiq́; vltro
Quieti partis fruebantur, cum bonis multis.
Verùm poſtquàm hoc genus terra abſcondit,
Ii quidem diui facti ſunt Iouis magni conſilio,
Boni, in terris verſantes, cuſtodes mortalium hominũ,
Qui ſanè obſeruant & iuſta & praua opera,
Aerem induti, paſſim euntes per terram,
Opum datores, atque hoc munus regale conſecuti ſunt.
Secundum inde genus, multo deterius poſtea
Argenteum fecerunt cœleſtium domorum incolæ,
Aureo neque natura ſimile, neque intellectu,
Sed centum quidem annis puer apud matrem ſedulam
Nutriebatur creſcens, valde rudis, domi ſuæ.
Cũ verò adoleuiſſet, & pubertatis terminum attigiſſet,
Pauxillum viuebant ad tempus, dolores habentes
Ob ſtultitias, iniuriam enim prauam non poterant
A ſe mutuò abſtinere, neque deos colere
Volebant, neque ſacrificare beatorum ſacris in aris,
Quatenus fas hominibus ex more. Hos quidẽ deinde
Iupiter Saturnius abſcondit iratus, quia honores
Non dabant beatis diis, qui olympum habitant.
At poſtquam & hoc genus terra occultauit,

Hi quidem ſubterranei beati mortales vocantur
Secundi: ſed tamen honor etiam hos conſequitur.
Iupiter verò pater tertium aliud genus hominum
Aeneum fecit, omnino argenteo diſſimile,
E fraxinis, vehemens & robuſtum, quibus Martis
Opera curæ erant luctuoſa, ac iniuriæ, neq; vllũ cibum
Edebant, ſed adamante habebant duriorem animum:
Deformes, magna verò vis, & manus inuictæ
Ex humeris prouenerant ſuper validis membris.
His erant ænea quidem arma, æneaq; domus:
Aere verò operabantur: nigrũ autẽ nondũ erat ferrũ.
Et hi quidem manibus propriis domiti,
Deſcenderunt amplam in domum frigidi inferni,
Ignobiles: mors verò tametſi ſtupendos exiſtentes
Cepit atra, ſplendidum verò liquerunt lumen ſolis.
Sed poſtquàm & hoc genus terra operuit,
Rurſum etiã aliud quartum ſuper terram multorum (alũnam
Iupiter Saturnius fecit, iuſtius & melius
Virorum heroum diuinum genus, qui vocantur
Semidei, priori generationi per immenſam terram.
Hos quoque bellumq; malum & pugna grauis,
Alios quidẽ ad ſeptiportes Thebas, Cadmeam terram,
Perdidit pugnantes, propter oues Oedipi:
Alios verò & in nauibus ſuper magnũ fluctum maris
Ad Troiam ducens, Helenæ gratia pulchricomæ,
Vbi quidem ipſos mortis quoque finis adobruit.
Iis autẽ ſeorſim ab hominibus victũ & ſedem tribuẽs,
Iupiter Saturnius pater conſtituit ad terræ fines.
Et hi quidem habitant ſecurum animum habentes
In beatorum inſulis, iuxta Oceanum profundum,
Felices heroës, his dulcem fructum
Ter quotannis florentem profert fœcunda tellus.

O ſi neque iam quinto ego intereſſem (natus.
Hominũ generi: ſed aut mortuus eſſẽ prius, aut poſtea
Nunc enim genus eſt ferreum: nunquam nec die
Quieſcent à labore & miſeria, neque nocte:
Corrupti, graues verò dij dabunt curas.
Sed tamen & hiſce admiſcebũtur bona malis. (minũ,
Iupiter autẽ perdet etiã hoc genus variè loquentiũ ho-
Poſtquàm facti circa tempora cani fuerint.
Neque pater liberis ſimilis, neque liberi,
Neque hoſpes hoſpiti, neque amicus amico,
Neque frater amicus erit, vt antehac.
Statim verò ſeneſcentes dehonorabunt parentes,
Incuſabunt autem illos moleſtis alloquentes verbis,
Impij, neque deorum oculum veriti, neque hi ſanè
Senibus parentibus educationis præmia reddent,
Violenti, alter verò alterius ciuitatem diripiet.
Neque vlla pij gratia erit, neque iuſti,
Neque boni, magis verò maleficum & iniurium
Virum colent. Iuſtitia verò in manibus, & pudor
Non erit. Lædet autem malus meliorem virum,
Verbis obliquis alloquens, periurium verò iurabit.
Liuor autem homines miſeros omnes,
Raucus, malis gaudens, comitabitur inuiſus.
Tumq; demum ad cœlum à terra ſpacioſa,
Candidis veſtibus tectæ corpus pulchrum,
Deorum ad familiam abierunt, relictis hominibus,
Pudor & Nemeſis, relinquentur autẽ dolores graues,
Mortalibus hominibus, mali verò non erit remedium.

COMMENTARIVS.

εἰ δ' ἐθέλεις] Superior narratio eò ſpectauit, vt doceret laborum, malorúmque vitæ noſtræ cau-

ſas, quarum vna Promethei furto, altera Epimethei imprudẽtiæ aſſignata eſt. Nunc videtur, quaſi arrepta occaſione, veterum ſæculorum ſtatum retexere, vt ex illorum diuerſitate, quantis mutationibus hominum genus ſit obnoxium intelligas. Mutationes autem fragilitatem indicant, fragilitas commiſerationem, & eius corrigendæ ſtudium: quod ſi defecerit, odioſa iam eſſe incipit hæc mortalitas, cuius tanta eſt σκληροκαρδία, vt in dies ad vitia, quaſi ad malleos incus, obdureſcat. Poëtica omnino erit hæc ἐπεξήγησις, ſuáque libertate ſatis commendabilis.

ὡς ὁμόθεν] Hæc eſt primi ſæculi deſcriptio, in quo beatæ vitæ typus. Eius tanta eſt præſtantia, vt à principe metallorum, cóque puriſſimo ac integerrimo denominari meruerit. Beatitas iſta in hominum cum Diis conſortio maximè ſpectanda eſt, deinde in ſecuritate, tum in otio, tum in vitæ diuturnitate, tum in ſpontanea fertilitate terræ, tum in placido rerum omnium vſu. Par fuit nimirum illa mundi primordia ſic informari, vt ad eius abſolutum ſtatum nihil deeſſe videretur, nequis imperfecti artificis incuriam criminari poſſet. Ergo ſua dignum fama opus ille πρωτοπλάστης effinxit, adeò vt & humanas iſtas fæces ſupernis illis dignitatibus familiaritatis & conſuetudinis nodo deuinxerit. Deſumpta fabulæ vmbra ex hiſtoriæ luce. Nec licuit ſecus olim hæc occulta diuulgare. Imò, vt ait Prætextatus apud Macrob. lib. 1. Satur. cap. 7. *Occultas & manantes ex meri veri fonte rationes, ne in ipſis quidem ſacris enarrari permittitur, ſed ſiquis illas aſſequitur, continere,*

intra conſcientiam tectas iubetur. Omnino Poëticæ inuolucris tegi veritatem monebat Socrates Platonicus in Alcibiade 2. ἔςι τε (inquit) φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης, καὶ οὐ τοῦ προστυχόντος ἀνδρὸς γνωρίσαι, ἔτι δὲ πρὸς τῷ φύσει τοιαύτη εἶναι, ὅταν λάβηται ἀνδρὸς φθονεροῦ τε, καὶ μὴ βουλομένου ἡμῖν ἐνδείκνυσθαι, ἀλλ' ἀποκρύπτεσθαι, ὅτι μάλιςα τὴν αὐτοῦ σοφίαν, ὑπερφυῶς δὴ τὸ χρῆμα, ὡς δύσγνωςον φαίνεται ὅ, τι ποτὲ νοοῦσιν ἕκαςτος αὐτῶν. Hinc factum eſt, vt ſumma cum religione hæc antiquitatis arcana diſſeminarentur, ſiue inuidia hæc ſacerdotum fuerit, ſiue metus ne myſteria plebi ſic calcata abirent in contemptum. Aureum porrò hoc ſæculum ſub Saturno dicitur extitiſſe, quem parentem omnium Deorum memorant. Hanc ἀποθέωσιν finxit ſibi veterum incurioſa credulitas. Sed nos ſacræ paginæ filo animos noſtros ab iſtis labyrinthis expediamus. Dictum eſt autem aureum ſæculum, vt dicebamus, maximè ob conſortium hominum cum Diis: vnde facile eſt coniicere quanta fuerit illo ſæculo integritas. Itaque rectè Tzetzes Chil. 9. 325.

χρυσοῦν δὲ γένος, ἀμιγεῖς ἄνθρωποι τῆς κακίας.
ἐκ τούτου γένους τοῦ χρυσοῦ πάντας φαμὲν ἀνθρώπους
ὁπόσοί τι χρηςόν εἰσιν ἐν βίῳ εἰργασμένοι.

Diuerſam porrò metallorum in generationibus hominum mixturam ingenioſè confictam, vide apud Plat. 3. de Repub. ἐςὲ μὲν γὰρ (inquit) πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοὶ ἀλλ' ὁ θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ὑμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει συνέμιξεν αὐτοῖς, διὰ τιμιώτατοι εἰσίν. ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἄργυρον, σίδηρον δὲ, καὶ χαλκὸν τοῖς τε γεωργοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς.

οὐδέ τι δειλὸν] Dixerat anteà à morbis ſenectutẽ

induci, νούσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν. Illa corporum intemperies vitales humores diſſipat & extinguit, hinc areſcunt citiſſimè corpora, & ſenio confecta atteruntur. At primo illo ſæculo, virente perpetuò iuuēta, tacitè vita ad ſuum finem ſine tædio & labore vllo deducebatur, id eſt, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Denique beatiſſima fuit vita toto hoc aureo ſæculo, in qua malorum nihil fuit admixtum. Nam

τῷ βίῳ τῷ εὐδαίμονι τὶ λυπηρὸν οὐκ ἔνι.
ἂν λυπηρὸν γὰρ ἔχῃ τι, οὐ πέφυκεν εὐδαίμων,

vt eſt apud Tzetzen Chil. 12. 401.

τοὶ μὲν δαίμονες] Ex primi illius & aurei hominū generis morte, prodiit genus Dæmonum aëreorum, & terram circumuolitantium, ad hominum cuſtodiam, & opes iis impertiēdas, cæterùm praui & recti obſeruatorum. Vides hîc diſertè Dæmonas appellatos, quos Grammatici heroas eſſe volunt, ſumpta coniectura ex iis quæ ſequuntur ἠέρα ἑσσάμενοι, quaſi iſta ſit ἡρώων etymologia ἀπὸ τοῦ ἀέρος, quò videtur pertinere & illud Porphyrij, in quodam Epigrammate, σῶμα μὲν ἐν πόντῳ (κεῖται) πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει. Iſta nempe eſt virtuti hominum præſtituta merces, poſt mortem πανταχοῦ γῆς φοιτᾶν, καὶ τὰ κατ' ἀνθρώπους ἐπισκέπτεσθαι. Omninò veteres *Diuinum* & *Humanum* genus ſtatuerunt: & *Diuinum* in *Deos*, & *Dæmonas* diſtribuerunt: *Humanum* in *Heroas*, & in ipſos *homines*: ſubeſſe Dæmonas Diis, & homines Heroibus, qui ex diuino & humano corpore conſtant, vnde & eos Heſiodus paulò poſt ἡμιθέους appellat: quòd ex Deo & homine nati ſint, vt Achilles ex Peleo &

Thetide. Alij verò Deos tantùm, & homines conſtituunt, inter quos ſunt Heroes, Diis quidem inferiores, ſed ſuperiores hominibus, idque διὰ μεγεθουσίαν τῆς ἀρετῆς, ἀφ' ἧς καὶ δοκοῦσι παραγνομάζεσθαι. Hoc vt demus, demus quoque hos Heroas dæmonum appellatione apud Heſiodum inſigniri, & ſic homines δι' ἀρετὴν quaſi ἐραγνωθῆναι.

διὸς μεγάλου] Parcant mihi manes Heſiodi, aut tota illa diſſentiens Heſiodo antiquitas. Nam ſi Saturnia fuerunt prima illa aurea ſæcula, argentea verò Ioui tributa ſunt, qua ratione conueniēt iſta Iouem de hac ἀποθεώσει hominū ſtatuiſſe, cùm eius dominatio ab argenteo, id eſt ſecundo ſæculo originem capiat? Non potuit longiùs abeſſe ab ipſa ſummi Numinis notitia Heſiodus, & vides vt paſſim Iouem inculcet, etiam ſupra Saturnum quem alioqui cæteri præferre non dubitant. Omnia denique ἀσύστατα in hac fabularum turba, tu ſemper ad veritatis Cynoſuram oculos intende.

φύλακες] Cuſtodes ſingulis hominibus appoſitos, etiam ſacra pagina videtur innuere, & cuſtodiam illam Angelis aſſignare: quos author Epiſtolæ ad Hebræos cap. 1. verſ. fin. vocat λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Recentiores tamen nolunt ſingulos ſingulis hominibus attributos cuſtodes, ſed vniuerſas illas Angelorum cateruas, vel vnius homunculi ſaluti, pro ſupremi Numinis arbitrio, militare. Sic Iacobo acies Angelorum occurrit in itinere, Gen. 32. 1. Sic Eliſæo mons ille plenus equis & curribus igneis, qui verè erant Angeli, apparuit. Sic Dauid Pſal. 34. Angelos ca-

induci, νόσων τ' ἀργαλέων, αἵτ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν. Illa corporum intemperies vitales humores diſſipat & extinguit, hinc areſcunt citiſſimè corpora, & ſenio confecta atteruntur. At primo illo ſæculo, virente perpetuò iuuẽta, tacitè vita ad ſuum finem ſine tædio & labore vllo deducebatur, id eſt, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. Denique beatiſſima fuit vita toto hoc aureo ſæculo, in qua malorum nihil fuit admixtum. Nam

τῷ βίῳ τῷ εὐδαίμονι τὶ λυπηρὸν οὐκ ἔνι.
ἂν λυπηρὸν γὰρ ἔχῃ τι, οὐ πέφυκεν εὐδαίμων,

vt eſt apud Tzetzen Chil. 12. 401.

τοὶ μὲν δαίμονες] Ex primi illius & aurei hominũ generis morte, prodiit genus Dæmonum aëreorum, & terram circumuolitantium, ad hominum cuſtodiam, & opes iis impertiẽdas, cæterùm praui & recti obſeruatorum. Vides hîc diſertè Dæmonas appellatos, quos Grammatici heroas eſſe volunt, ſumpta coniectura ex iis quæ ſequuntur ἠέρα ἑσσάμενοι, quaſi iſta ſit ἡρώων etymologia ἀπὸ τοῦ ἀέρος, quò videtur pertinere & illud Porphyrij, in quodam Epigrammate, σῶμα μὲν ἐν πόντῳ (κεῖται) πνεῦμα δ' ἀὴρ ὅδ' ἔχει. Iſta nempe eſt virtuti hominum præſtituta merces, poſt mortem πανταχοῦ γῆς φοιτᾶν, καὶ τὰ κατ' ἀνθρώπους ἐπισκέπτεσθαι. Omninò veteres *Diuinum* & *Humanum* genus ſtatuerunt: & *Diuinum* in *Deos*, & *Dæmonas* diſtribuerunt: *Humanum* in *Heroas*, & in ipſos *homines*: ſubeſſe Dæmonas Diis, & homines Heroibus, qui ex diuino & humano corpore conſtant, vnde & eos Heſiodus paulò poſt ἡμιθέους appellat: quòd ex Deo & homine nati ſint, vt Achilles ex Peleo &

Thetide. Alij verò Deos tantùm, & homines conſtituunt, inter quos ſunt Heroes, Diis quidem inferiores, ſed ſuperiores hominibus, idque διὰ μεγαλοψυχίαν τῆς ἀρετῆς, ἀφ' ἧς καὶ δοκοῦσι παραονομάζεσθαι. Hoc vt demus, demus quoque hos Heroas dæmonum appellatione apud Heſiodum inſigniri, & ſic homines δι' ἀρετὴν quaſi ὑπεραναβῆναι.

διὸς μεγάλου] Parcant mihi manes Heſiodi, aut tota illa diſſentiens Heſiodo antiquitas. Nam ſi Saturnia fuerunt prima illa aurea ſæcula, argentea verò Ioui tributa ſunt, qua ratione conueniẽt iſta Iouem de hac ἀποθεώσει hominũ ſtatuiſſe, cùm eius dominatio ab argenteo, id eſt ſecundo ſæculo originem capiat? Non potuit longiùs abeſſe ab ipſa ſummi Numinis notitia Heſiodus, & vides vt paſſim Iouem inculcet, etiam ſupra Saturnum quem alioqui cæteri præferre non dubitant. Omnia denique ἀσύστατα in hac fabularum turba, tu ſemper ad veritatis Cynoſuram oculos intende.

φύλακες] Cuſtodes ſingulis hominibus appoſitos, etiam ſacra pagina videtur innuere, & cuſtodiam illam Angelis aſſignare: quos author Epiſtolæ ad Hebræos cap. 1. verſ. fin. vocat λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Recentiores tamen nolunt ſingulos ſingulis hominibus attributos cuſtodes, ſed vniuerſas illas Angelorum catervas, vel vnius homunculi ſaluti, pro ſupremi Numinis arbitrio, militare. Sic Iacobo acies Angelorum occurrit in itinere, Gen. 32. 1. Sic Eliſæo mons ille plenus equis & curribus igneis, qui verè erant Angeli, apparuit. Sic Dauid Pſal. 34. Angelos ca-

ſtrame@tos circum pios cecinit. Itaque Angelorum miniſterio Deus vtitur, interdum agminatim, interdum verò vnum ex illis ſibi deligit, qui decreta ſua exequatur. Sic Angelus vnicus Sennacheribi exercitum vna nocte penè ad internecionem profligat. 2. Reg. 19. & 2. Chron. 32. Vnicus item Angelus Iſraëlitas in terram Chananæã ducit. Exod. 23. 20. Duo conſtitêre ad tumulum Saluatoris noſtri, qui eius ἀνάστασιν fœminis indicarent. Ioh. 20. 12. & Luc. 22. 4. cùm tamen vnicus memoretur à Matthæo 28. 2. Marco 16. 6. nẽpe κατὰ σύλληψιν: vnicus Angelus viſus Moſi in rubo igne non abſumpto. Exod. 3. 2. cùm ſimilibus: quanquam interdum per Angelum Spiritus Sanctus ipſum quoque Deum ac Dei filium intelligat. Scrupulum mouit quod Act. Apoſt. 12. pulſanti Petro fores, cùm eum eſſe diffiderent ii, qui in ædes illas orandi cauſa conuenerant, dixiſſe memorantur, non eſſe Petrum eum qui fores pepuliſſet, ſed eius Angelum. Fuerit ſanè hic error eorum, quos vix ſatis ſolidâ doctrinâ fidei imbutos eſſe, temporis exiguitas patiebatur, aut ne quidem à fide receſſiſſe eos credamus, modò liberam ſemper Deo Angelorum miniſteriis vtendi poteſtatem relinquamus. Sed iſta forſam θεολογικώτερα pleriſque nimiùm videantur. Quid veteres hac de re ſenſerint, pulcherrimè omnium Philoſophus Madaurenſis in libro de Deo Socratis. Ibi cùm Deos primùm in perpetua tranquillitate apud æthera ſtatuiſſet, quaſdam diuinas medias poteſtates, inter ſummum æthera, & infimas terras, & in iſto, inquam, aëris ſpatio interſitas dicit, per quas

& deſideria noſtra, & merita ad Deos commeãt: hos Græcè δαίμονας appellari, inter mortales, cælicoláſque, vectores hinc precum, inde donorum, qui vltro citróque portant, hinc petitiones, inde ſuppetias: ceu quidam vtrinque interpretes & ſalutigeri. Horum Dæmonum corpora neque terrea ſunt, neque flammea, ſed librata quadam inter vtrumque medietate: denique ex illo puriſſimo aëris liquido & ſereno elemento coalita, quorum fila rara ſunt & ſplendida, & tenuia vſque adeò, vt radios omnes noſtri tuoris & raritate tranſmittant, & ſplendore reuerberent, & ſubtilitate fruſtrentur. Sed diuinorum iſtorum Numinum varia eſt ratio, Nam interdum animus humanus in corpore etiam nunc ſitus, Dæmon nuncupatur,

— *An ſua cuiq; Deus ſit dira Cupido?*

Vnde εὐδαίμονας dictos quidam voluêre, quorum dæmon bonus, id eſt animus virtute perfectus eſt: qui *Genius* Latinè dici poteſt, quia quodammodo cum homine genitus. Alia ratione ſpecies Dæmonum eſt, animus humanus excitus, & liber ſtipendiis vitæ corpore ſuo abiuratis. Quod poſtremum ad Heſiodi noſtri mentem accedit: Latinè *Lemures*, hos Dæmonas dicit appellatos, eóſque aut *Lares familiares*: ſi poſterorum ſuorum curã ſortiti, parato & quieto numine domum poſſidẽt: aut *Laruas* ſi propter aduerſa vitæ merita, nullis bonis ſedibus in terra vagatione, ceu quodã exilio puniuntur, inania terriculamenta bonis hominibus; cæterum noxia malis. Cùm verò incertum eſt quæ cuique eorum ſortitio euenit, vtrum Lar

ſit an Larua, nomine *Manium Deum* nuncupant, & honoris gratia Dei vocabulum additum eſt. Quippe cùm eos Deos appellent, qui ex eorum numero iuſtè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro numine poſtea ab hominibus præditi, fanis & cærimoniis vulgò admittũtur, vt in Bœotia Amphiaraus, in Africa Mopſus, in Ægypto Oſiris, alius alibi gentium, Æſculapius vbique. At tertium eſt genus Dæmonum auguſtius, qui nunquam corpora ſubiectunt, ex quorum copia Plato autumat ſingulis hominibus in vita agẽda, teſtes & cuſtodes ſingulos additos, qui nemini conſpicui, ſemper adſint, omnium non modò actorum teſtes, verùm etiam cogitatorum. Hæc fermè Apuleius, ex quibus poteſt perſpicuè tota illa Dæmonum doctrina elici, quantum ad clarandum hunc locum Heſiodeum ſufficit. Videnda quoque Cleombroti diſputatio apud Plutarch. lib. περὶ τῶν ἐκλελ. χρηστηρ. Ominoſum ſuum genium dicitur vidiſſe bis Brutus, à Plut. in eius vita. Antonij geniũ genio Auguſti opponit idem author, & ab Ægyptio quodam hariolo rem totam Antonio indicatam, cui ille ἐπαῤῥησιάζετο λέγων, τὴν τύχην αὐτοῦ λαμπροτάτην οὖσαν, καὶ μεγίστην, ὑπὸ τῆς Καίσαρος ἀμαυροῦσθαι: καὶ συνεβούλευε, πόῤῥωτάτω τοῦ νεανίσκου ποιεῖν ἑαυτὸν: ὁ γὰρ σὸς ἔφη δαίμων, τὸν τούτου φοβεῖται, καὶ γαῦρος ὢν, καὶ ὑψηλὸς, ὅταν ᾖ καθ' ἑαυτὸν, ὑπ' ἐκείνου γίνεται ταπεινότερος ἐγγίσαντος, καὶ ἀγεννέστερος. De genio Socratis, præter Platonem locis plurimis, Apuleium libro anteà memorato, idem Plutarchus in vita Niciæ meminit, & fuſiùs in lib. de Socrat. dæmonio. Vbi quoque de Lyſidis vnius ex ſodalitio

Pythagoreorum genio interſeruntur nonnulla. Sed ibidem Theanor iſta appoſitè ad hunc Heſiodi locum, *θεοὶ μὲν γὰρ οὖν* (inquit) *ὀλίγων ἀνθρώπων κοσμοῦσι βίον, οὓς ἂν ἄκρως μακαρίους τε καὶ θείους ὡς ἀληθῶς ἀπεργάσαι βουληθῶσιν, αἱ δὲ ἀπηλλαγμέναι γενέσεως ψυχαὶ, καὶ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀπὸ σώματος, οἷον ἐλεύθεραι πάμπαν ἀφιέμεναι, δαίμονές εἰσιν ἀνθρώπων ἐπιμελεῖς καθ' Ἡσίοδον: ὡς γὰρ ἀθλητὰς καταλύσαντας ἄσκησιν ὑπὸ γήρως, οὐ τελέως ἀπολείπει τὸ φιλότιμον, καὶ φιλοσώματον, ἀλλ' ἑτέρους ἀσκοῦντας, ὁρῶντες ἥδονται, καὶ παρακαλοῦσι, καὶ συμπαραθέουσιν, οὕτως οἱ πεπαυμένοι τῶν περὶ τον βίον ἀγώνων δι' ἀρετὴν ψυχῆς γενόμενοι δαίμονες, οὐ παντελῶς ἀτιμάζουσι τὰ ἐνταῦθα, καὶ λόγους, καὶ σπουδὰς, ἀλλὰ τοῖς ἐπὶ ταυτὸ γυμναζομένοις τέλος εὐμενεῖς ὄντες, καὶ συμφιλοτιμούμενοι πρὸς τὴν ἀρετὴν ἐγκελεύονται, καὶ συνεξορμῶσιν, ὅταν ἔγγυς ἤδη τῆς ἐλπίδος ἁμιλλωμένους, καὶ ψαύοντας ὁρῶσιν.* Genium inſulæ Ogygiæ idem memorat in lib. de facie in Orbe Lunæ.

δεύτερον αὖτε γένος] Sequitur argenteum ſæculum, tantùm aureo inferius, quantùm auro argẽtum cedit: ſed quali proportione vtrumque inter ſe diſtingueretur, fecit vt difficile ſit iudicatu varietas pretiorum in vtroque, quod non eſt huius loci.

χρυσέῳ οὔτε φυὴν] Duplex ſtatuitur argentei ſæculi differentia, vna quidem animi, altera corporis. Animi *φυὴν*, *νόημα*. Corporis, *ἀλλ' ἑκατὸν*, &c. Cauſam differentiæ ab iniquitate, & ab impietate arceſſit. Animo ergo diſtabant argentei homines ab aureis, quod cùm aurei illi, candoris & ſimplicitatis eſſent obſeruantiſſimi, argentei iſti fraudes & dolos commenti, totius vitæ fœdera

violarunt. Corpore, nam cùm aurei homines æquabili tenore vitam ad ſenium placidiſſimùm deducerent, argenteos iſtos centum anni intra ipſa incrementorum quaſi incunabula cohibebant, quos poſtmodùm breuis, eáque laboribus immenſis conferta vita excipiebat. Iam verò iniquitas, & impietas animo & corpori hæc mala inuexerunt. Iniquitas, quæ ipſa hominum conſortia ſpectat: impietas, quæ deprauatum aut neglectũ Numinis cultum arguit. Vtrũque ſic Deo odioſum, vt ſeuerè vtrumque Deus ſoleat vindicare. Qui alteri eſt iniurius, is ne quidem dignus cui iuris propugnacula inſeruiant: qui Numen contemptu eludit, is certè ludibriorum omni genere dignus. Mutua eſt, ipsâ naturâ, legum inter homines religio, adeò vt qui poſt illatas alteri iniurias, eandem experitur rerum aleam, de ſe tãtùm iurè poſſit conqueri. Dixi, ipsâ naturâ, quod illa verè ſit ſui conſeruandi ſtudioſa, cuius in rerum ſocietate ἀόρατα ſunt vincula, ſed non ἀναίσθητα. Quicquid porrò nodos iſtos conuellit, extrinſecus eſt & à cæca hominum peruerſitate, ſiue ille caſus eſt & fatum mortalitatis, ſiue per iſtas etiam ἐναντιότητας abſolutior fit quodammodo mundi ſtatus, vt ipſi etiam Phyſici per φθορὰν propagari γένεσιν rectè exiſtimant. Nec minus malè audiũt, in ipſo etiã Naturæ Tribunali, violentæ huiuſmodi perturbationes, iudiciúmque illius, ac meritas pœnas; tanquam criminoſiſſimæ ſentiunt. Cùm ergo in ipſis generis humani primordiis ea eſſet omnium mentibus ingenita, penè dixerim, ἀυτάρκεια, vt alienę fortunæ nullus inſultaret, illa tamen

virtus ſic paulatim elanguit, vt toruæ ingeniorũ prauitati factus ſit locus, & poſtmodùm fida mortalium commercia,

In peius ruere, & retrò ſublapſa referri.

Ad δυσσέβειαν ſi venias, cumulata penitus hominum crimina dixeris, quibus meritò porrò cælitus immiſſa eſt illa priſcæ beatitatis ἐνθένωσις.

τοὶ μὲν ὑποχθόνιοι] Præcedente ſæculo ſtatutum eſt poſt mortem virtuti præmium, hîc vitio pœna, quæ primis illis delictis lenior fuit, & indulgẽtior, quàm occallens malignitas, & ſcelerũ obſtinatio meritura videbatur.

Ζεὺς δὲ πατήρ] Tertium genus hominũ æneum fuit, durius, & crudelius præcedentibus, deditúmque omnino Marti. Ergo duriorem vitam & crudeliorem, duriora quoque & crudeliora in morte ſupplicia ſubſequuta ſunt. Nam cùm argentei ſæculi exuuiæ in locis ſubterraneis, id eſt, ab ipſa terræ ſuperficie non ita longè diſtantibus, neque ingloriæ, conſtitiſſent, ænea iſta progenies ad profundas illas inferorum voragines, ſummo cũ dedecore detruſa eſt. Hanc ætatem videtur innuiſſe Plutarchus in Theſeo, cùm ait, Herculem & Theſeum his hominum monſtris profligandis occupatum: & Chronologia conſentit.

ἐκ μελιᾶν] Fraxinus inter arbores duriſſimas connumeratur, ideò haſtis cõficiendis aptiſſima, quin & curribus. Mirum tamen quod cùm æreũ ſit hoc ſæculum, fraxiníque quoque durities in hanc accerſatur fabulam, id eſt, res planè ἀπρεπής, niſi & hoc ſit ποιητικώτερον πρὸς ἐπεξήγησιν: facit quòd fraxinus, ex qua haſtæ, Martio hinc ſæcu-

lo non abludat.

οὐδέ τι σῖτον] Quaſi dicat eos terram minimè excoluiſſe, nec frugibus vixiſſe, ſed obuio quouis eiuſdem prouentu. Sic notant Grammatici *σῖτον ἔδοντας*, apud Homerum dici, ad differentiam aliorum mortalium, qui hoc victus genere non vtuntur, *ὁποίους καὶ τοὺς μακροβίους αἰθίοπας, ἱστορία φησιν, οἱ ἄρτον ἔδοντες, κόπρῳ αὐτὸν εἴκασαι, καὶ τοὺς ἀκριδοφάγους, καὶ τοὺς ἰχθυοφάγους*. Ærei ergo iſti homines, victui excolendo minus occupati, agreſtem quodammodo vitam vixiſſe exiſtimandi ſunt, & illorum *δεινότητι* conuenientem.

ἀλλ' ἀδάμαντος] De Indico & Arabico adamante, intelligenda eſt hæc durities, vel Plinio teſtè. 37. 4. Incudibus enim hi deprehenduntur, ita reſpuētes ictum, vt ferrum vtrinque diſſultet, incudéſque etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia inenarrabilis eſt, ſimúlque ignium victrix natura, & nunquam incaleſcens: vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Hæc ille, qui mox de Adamante Siderite, & de Cyprio ſubiungit, ictibus frangi, & alio adamante poſſe perforari, breuiter nominis authoritatem degeneres eos tātùm habere. Ab iſta duritie dicitur quoque *ἀδάμας, ὁ ἀγνώμων καὶ ἀπειθής*, ſed & *ὁ ἄπονος καὶ ἀπαθής*, vt notant Grammatici. Hinc *τὰ ἀδαμάντινα, τὰ στερρὰ*, Suid. Caue autem hîc Adamantem *ἀντὶ γένους σιδήρου* accipias, quo tamen ſignatu & interdum vſurpatur. Nam apud Heſiodum in hoc æneo ſæculo, *μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος*, vt mox ait.

βῆσαν ἐς εὐρώεντα] Agnouit inferos & ipſe Heſiodus, ſuppliciis impiorum deſtinatos, eóſque in

infima terræ parte conſtitutos. Antiqua fides, & cui temerè nemo detraxerit. Dixerunt ἀίδην, quia ſit ἀὴρ ἀφανὴς ὃν οὐκ ἐστιν ἰδεῖν, nempè τόπος ὑπόγαιος, καὶ κεκρυμμένος: qui & ζόφος ἠερόεις appellatur, quanquam alii, διὰ τὸ ἀφανεῖς ποιεῖν, τοὺς ὑπὸ γῆν γενομένους. D. Auguſtinus lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 34. dictos inferos apud Græcos, ex eo quòd nihil ſuaue habeant, exiſtimauit, deceptus paronomaſia τοῦ ἀηδὴς cum ἀίδης. Ex eo porrò colligimus verè ſubterraneum inferorum locum cēſendum, eúmque licet non verè corporalem, tamen quaſi corporalem, vt & ipſa anima, quamuis corporea non eſt, tamen corporis ſimilitudinem habere poteſt. Ergo ideò ſub terris dicuntur inferi, vel creduntur (inquit) quia congruenter in ſpiritu per illas corporalium rerum ſimilitudines exhibeatur, quod ipſi carni mortuæ ſolet, vt ſub terram recōdatur. Denique inferi eò quod infra ſunt, Latinè appellantur. Sicut autem ſecundum corpus ſi ponderis ſui ordinē teneant, inferiora ſunt omnia grauiora, ita ſecundum ſpiritum inferiora ſunt omnia triſtiora. Hæc ferè ille veterum Doctorum coryphæus, qui rurſum videndus ad Pſal. 85. & alibi paſſim.

αὐτὰρ ἐπεὶ] Hoc eſt quartum ſæculum, iuſtitia & bellica fortitudine inſignius, non tamen ſine ſuis næuis, quos virtutes illæ facilè diluerunt. Itaque mercedis cauſa, ad fines terræ datus eſt illis ſeceſſus, vbertate ſoli, & deliciis longè omnium celeberrimus.

ἡμίθεοι] Diximus quod ſatis ad illum verſum paulò antè; τοὶ μὲν δαίμονες.

τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ] Nouem vrbes hoc nomine inſignitas monet Stephanus. Vna eſt Bœotica, altera Ægyptia, tertia Theſſalica, quarta in Silicia prope Troiam, quinta in Ionia, ſexta in Attico ſolo, ſeptima in Cataonia, octaua in Italia, nona in Syria. Quam tu Heſiodo intellectam cenſeas? epitheton docebit, ἑπτάπυλοι γὰρ αἱ βοιώτιαι, ὥσπερ ἑκατόμπυλοι αἱ αἰγύπτιαι, inquit Euſtath. Iliad. ϛ. Iam verò cùm pluribus bellis conflictata ſit Thebanorum Regio, hoc loco Argiuorũ cum Thebanis bella deſignantur, quæ, omnium quotquot tempore Heroum (vt yocant) Græci contra Græcos geſſerunt, maximè eſſe memorabile, rectè arbitratur Pauſanias lib. 9: Illis autem excidiis originem fecêre, ex ſtupendo Oedipi ſtupro nati Eteocles & Polynices, quorum huic regni alterna vice expulſo, ſuppetias tuliſſe Argiuorum Rex Adraſtus creditur, cuius filiam Polynice ſibi deſponſauerat. Quo prælio fuſi Argiui, palmã Thebanis reliquerunt, at Argiuorum poſteri, cladem illam quaſi hæreditario iure vindicaturi, bellum aduerſum Thebanos inſtaurarunt, quo Laodamanti Eteoclis filio ereptum eſt regnum, Polynicis verò filio Laodamanti reſtitutum, quæ poſtrema ἐπιγόνων στρατεία dicitur. Prior bello Troiano ætatem integram, id eſt, triginta annos, Plinio 16. 44. teſte, præiuit, Olympicis verò ludis triennium, authore Clemente Alexandrino mũdi 2906. Euſebius ſecundã in quinto Mneſthei Atheniẽſiũ Regis anno collocat, id eſt, Mũdi 2926. cùm primã ad finem regni Ægei ſtatuiſſet, vt quidem excuſa ferunt exemplaria, vel vt alia nõdum

excuſa,

excuſa, (authore Vignierio) Theſei tēpore, quod magis probat. Hęc Thebana fata pluribus Statius expreſſit: poſt peculiare illud Thebaicorum carmen, (quod Calenus Homero tribuebat) ſolo titulo tenus nobis iam auditum, cuius ibidem meminit Pauſanias: à quo etiam ſeptem portarū nomina condiſcimus.

καδμηίδι] Bœotiam, inquit Strabo lib. 9. primi Barbari occuparunt, Aones nimirum & Lemnices à Supio euagati, & Leleges & Hyantes. Deinde Phœnices qui cum Cadmo aduenerant eam tenuêre, ædificata vrbe Cadmea, cui poſteri Thebas adiecerūt, καὶ συνεφύλαξαν τὴν ἀρχὴν, ἡγούμενοι τῶν πλείστων βοιωτῶν, ἕως τῆς τῶν Ἐπιγόνων στρατείας. At Homerus Amphionem & Zethum primos harū Thebarum conditores diſertè agnoſcit, Odyſ. λ.

καὶ ῥ' ἔτεκεν (Antiope) δύο παῖδ' Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε
οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο,
πύργωσάν τ' ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην κρατερώ περ ἐόντε.

Nempe Homerus Cadmeam ab vrbe infra ſita, (quam ipſe forſan alibi ὑπὸ Θήβας appellat) ſegregat, inquit Pauſ. 2. quod & Strabo videtur intellexiſſe in eo loco quem anteà notauimus. Magna eſt inter veteres authores ea de re diſſenſio, quà hominum ipſorum, quà temporum cauſa. Nam in vtraque mirè hactenus variatum eſt. Dictās porrò Thebas, διὰ τὸ θεῦσαι, ἤτοι δραμεῖν τὴν βοῦν μέχρις ἐκεῖ τὴν ὁδηγὸν τοῦ Κάδμου, ἣν ἐκεῖνος θύσας τὴν πόλιν θήβην ἐκάλεσεν, monet Euſtath. loco iam citato. Præiuiſſe ſiquidem Cadmo bouē ferunt, qui vbicunque procidiſſet, Cadmo condendæ vrbis lo-

cum ex Oraculi præſcripto erat deſignaturus.

μήλων ἕνεκ' οἰδιπόδαο] An hæc eſt detorta hiſtoriæ fides, quæ ob inteſtinas filiorum Oedipi inimicitias, hæc bella contigiſſe memorat? Nã quid hoc eſt de ouibus Oedipi? Expecto quid ad hunc locum dicturus ſit Ioannes Tzetzes, Græcus Heſiodi interpres, qui mihi iam ad manus non eſt.

τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν] De bello Troiano quod obſtrepunt toties veteres, ſatis eſt peruulgatũ. Homerus omnium luculentiſſimè res in ea expeditione memorabiles effinxit, *παραλειπόμενα* ſequaces addiderunt. In quæ tempora bellum illud inciderit, non ita præcisè & certò hactenus definitum. Dicebamus anteà Epigonorum bellũ (quod ſub Ægialeo Adraſtei filio peractum eſt) in annũ Mundi 2926. incidere: à quo non multa eſt temporis intercapedo ad bellum Troianum. Vtique Ilij *ἅλωσις* accidit menſe Thargelione (qui Aprilis eſt) & eiuſdem die 23.(quidam 12) & 17. antè ſolſtitium, & in vltimo Meneſthei Regis Atheníenſium anno. Sic author paruæ Iliados, *νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.* Alij tamen ad 23.Scirrophorionis, qui Maius eſt, collocant, alij, vt Ægias & Dercyllus, ad 22.menſis Panemi (qui quartus eſt Macedonum menſis, Plutarcho & Suidæ Iulius, aliis Auguſtus) vt retulit Clem. Alex. Strom. 1. Adeò inſigne porrò fuit hoc excidium, decem annorum obſidione celebratum, vt exinde Græci ab eo tempore computarint vſque ad Olympiadas, de quibus tã variè in Chronologia diſceptatum eſt. Plutarchus in Camillo, menſem Thargeliona Barbaris infelicem fuiſſe,

præter cætera exẽpla, hoc Troiæ excidio, probat: quod circa vigeſimum ſeptimum eius menſis diem accidiſſe, prodidêre Ephorus, Calliſthenes, Damaſtes, & Phylarchus. Cõtra Metageitniona, qui Panemus eſt Bœotorũ, Græcis inauſpicatum: vnde falſi videantur qui ſupra in hoc Panemo illud excidium ſtatuebant. Halicarnaſſ. Antiq. lib. 1. Iliũ captũ eſſe notat, τελευτῶντος ἤδη θέρους, ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς θαργηλιῶνος, ὡς ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Sub finem ergo anni captũ eſt, quòd à Solſtitio æſtiuo annos inchoarent Attici. Vnde Sylburgius eo loco pro θέρους legi volebat ἐνιαυτοῦ, cùm Lapus & Camerarius legiſſe viderentur ἔαρος, quod ego magis probarim. Siquidẽ 23. Thargelionis, iam vergat ad finem ipſum Ver, vtique plus media parte iam elapſa. Lalamantius qui de anni ratione accuratè ſcripſit, hoc loco apud Dionyſium pro θαργηλιῶνος, ſubſtitui volebat Σκιῤῥοφοριῶνος, ſiue hæc ſcriptoris ipſius properantis, ſiue exſcriptoris culpa eſt. Nam cùm Solſtitium menſe Hecatombæone fiat, nũquam Scirrophorione, qui medius eſt inter Thargelionem & Hecatombæonem, non poteſt fieri, vt Troia Thargelione capta ſit, & ſeptẽdecim diebus antè Solſtitium, cum à Thargelione, vel etiam extremo, menſis integer interpoſitus ſit vſque ad Solſtitiũ illud æſtiuum. Probo omnino, & vt temporum ratio nobis conſtet immutabilis, mutemus hoc ἁμάρτημα, quod Sylburgium fugit. Ratio autem illorum temporum ad Romanam reducta, ita eſt intelligenda, vt Ilium captum eſſe credatur ſepti-

mo Idus Iunias, vt notauit Glareanus. Nam olim ſolſtitium octauo Calendas Iulij contingebat, vt docet Plinius lib. 18. cap. 28. hodie anticipauit plus minus duodecim diebus. Vos autem, Tyrones, cauete falli, & veterem illam anni Attici rationem primùm eruite, ne cum Romana confundatis, vt hæ ſalebræ vobis adæquentur.

ἐνθ' ἤτοι μὲν τοὺς θανάτου] Placet vt Heſiodus, tum quos ad Troiam defunctos dicit hoc verſu, tum eos qui poſt Troiæ excidium variis modis occubuerunt, ad Elyſios campos amandatos quoque à Ioue dicat. Hæc fuit generoſitatis merces, hæc virtutis bellicæ præmia, vt eos pro tantis laboribus in vita exhauſtis, ingens quies, & beatitas poſt mortem conſequeretur. Locum quietis & beatitatis deſignat ad extremos terræ fines, & ad illas beatorum inſulas, quæ totum orbem terminare Antiquitati credebantur. Quid hoc ſit apertiſſimè monet Strabo lib. 3. Veteres Bætin fluuiũ, videntur appellaſſe *Tarteſſum*: Gades autem cum vicinis inſulis, *Erytheiam*. Eſt autem Bætis fluuius (lingua vernacula *Rio guadalquiuir*) qui Turditaniam diuidit, quæ regio eſt ad occaſum Hiſpaniæ, & quãquam anguſtis arctata finibus, multis nominibus tamen, tum vrbium numero, (nam ducentæ fuerunt) tum nauigandi opportunitate, tum fertilitate ſoli, tum metallorum abundantia, quæ alioqui raró cum illa ſoli fertilitate concurrit, (σπάνιον γὰρ ἐν ἀμφοτέροις εὐτυχεῖν) celebrata. Hinc factum eſt, vt beatorum ſedes illa crederetur ab antiquis, quibus res tãtùm auditu, & ex Herculis, ac Phœnicum expeditionibus, quæ ad hos limi-

tes fuerunt progreſſæ, innotuerat. Alluſione itaque Tarteſſi nominis, Tartarus ibidem eſt collocatus, ὁ ἔσχατος τῶν ὑποχθονίων τόπων. Accedit quod Græcorum reliquiæ, quę poſt bellum Troianum ad has oras variis acta tempeſtatibus appulerant, inſignem dederunt fabulæ cauſam. Dictus eſt autem *Elyſius campus*, vnde vel ipſa regio, quaſi παρονομαζομένη, hodie etiam *Andeluſia* vocatur, προσθέσει prioris ſyllabæ, ſed & Græcè interdum ἐνηλύσια. (At Heſychius habet ἐμπλυσία, vbi eluendus hic error.) Eſt autem ἤλυσις aduentus, vt ſit locus ἐν ᾧ δίκαιοι αὐλίζονται μετὰ θάνατον ἐκεῖσε ἐλευσόμενοι, ait Suid. Eò vēturum Menelaum prædixerat Proteus apud Hom. Odyſ. δ.

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθος
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὐδέ ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Dictus ab aliis Elyſius, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ψυχὰς διάγειν ἀλυούσας, ὅ ἐστι χαιρούσας, ἢ λελυμένας σωμάτων, ἢ ἀπὸ ἀλύτως ἔχειν τοὺς ἐκεῖ, ὅ ἐστιν ἀφθάρτως, ἀθανάτως. Græci quoque vocant παράδεισον, aiunt Grammatici.

ἐν μακάρων νήσοισι] Has Fortunatorū inſulas, nō multum diſtare ab extremis Mauritaniæ, quę Gadibus ſunt oppoſita, monet ibidem Strabo. Dicūtur autem Inſulæ, ὅτι περὶ τὴν ἔξω θάλασσαν εἰσί, ὅ ἐστι περὶ αὐτὸν τὸν ὠκεανόν, Fortunatorum verò διὰ τὸ τοῦ τόπου εὔδαιμον καὶ μακάριον. Plin. lib. 4. cap. 22. *Ex aduerſo Celtiberiæ* (inquit) *complures ſunt Inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi: & è regione*

Acrotrebarum Promontorij, deorum ſex, quas aliqui Fortunatas appellauere. Hodie vocãtur Inſulæ Canariæ, quas inuentas aiunt anno 1405. ſeptem numero, vt vulgò indigetãt, *Lançarota, Forte-vẽtura, Gran Canaria, Tenariffa, Gomera, Fierro,* & *Palma.* Poſtellus vult eſſe *Cubam*, & *Spagnolam.* Conſtat eas in mari eſſe Atlantico, in quò etiam repertus eſt nouus orbis Americæ nomine.

τρὶς τοῦ ἔτους]Hoc non mirabitur, qui *μύθους* de horto Alcinoi apud Homerum crediderit. Cæterùm hiſtoria triplices prouentus in anno hac in regione minimè agnoſcit: ſed hoc *τερατωδέστερον* dictum eſt, quòd tamen in Albania agnoſcit Strab. lib. 11. Narrantur ſanè miræ locorum alioqui fertilitates. In Byzacio Africæ campo, è modio tritici, centeni quinquageni modij redduntur, imò & ex eo loco Auguſto procurator eius ex vno grano quadringenta paucis minus germina miſit, & Neroni trecentas quinquaginta ſtipulas ex vno grano. Cũm centeſimo verò Leontini Siciliæ campi, & alij, & tota Bœtica, & imprimis Ægyptus fundunt, inquit Plin. lib. 18. cap. 10. vbi vides Bœticam noſtram ad anguſtiorẽ quoque feracitatem redigi, quàm regiones ſuprà commemoratas.

μηκέτ᾽ ἔπειτ᾽ ὤφελλον] Quintũ ſæculum ferreum eſt, & reliquorum omnium deterrimum, ſub quo viuebat Heſiodus. Cuius tempora quia incerta ſunt Chronologis, non ita tutum eſt notas illius ſæculi deſignare, in ipſa hiſtorica rerum narratione, quæ apud Græcos ſemper vacillauit, donec ad Olympiadarum numerum deuentum eſt, id eſt

ad annum mundi 2189. Sanè tu[illegible] illa quædam vitiorum ſcelerúmque ſentina, quæ n[illegible] niſi morte exhauſta eſt: perfractis enim omnibus amicitiæ naturalis & aduenticiæ vinculis, apertus eſt hominum proteruiæ campus liberrimus, in cuius tamen flexu, *κακοῦ δ᾽ οὐκ ἔσσεται ἀλκή.*

αἶψα δὲ γηράσκοντας] Ne viderentur dilata Numinis ſupplicia poſt hominum ſenectutẽ, (quod anteà notauerat, *εὖτ᾽ ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν*) lõgius tempus ipſi *κακότητι* indulgere, iam monet hanc ſenectutem repentinam fore, & quæ tempus illi alioqui præſtitutum anteuertet.

οὐδὲ θεῶν ὄπιν] Ita peccant homines quaſi inſtante, imò obdormiente Deo. Nemo ſic fronte eſt perfricta, vt ſi ſe videri aut deprehendi poſſe putet, manus, ſi non animum, non abſtineat. Cæterùm & ſcelera ipſa ſuos authores vel inuitos pudefaciunt: ſin pergunt, at ſe quoque Numini facere præſtigias irrita mente opinentur. Atqui *ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα*: imò & *ἄλκιμον*, vt aiebat ille Dæmon apud Porphyrium,

» *οὐδεὶς ἂν λήθοι τοῖος θεὸν, οὐδὲ σοφοῖσι*
» *κέρδεσιν, οὐδὲ λόγοις ὑπεκφύγοι ἄλκιμον ὄμμα.*

Sed & noſter Heſiodus alibi,

» *πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.*

γηράντεσσι τοκεῦσι] Hoc eſt quod ipſi Græci vocant *γηροβοσκεῖν*, vnde ille ſenarius, *ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.* Prouerbiale eſt illud apud eoſdem *ἀντιπελαργεῖν*, à ciconiæ pietate ad ipſos homines trãſlatum. Hanc pietatem notat Homerus, cùm Simoiſium deceſſiſſe ait antequam parentes ſuos aleret,

—' δὲ τοκεῦσι

[illegible]ῖα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δὲ οἱ αἰὼν

ἔπλεθ' ὑπ' Αἴαντος μεγαθύμου δουρὶ δαμέντι.

Vbi nos pluribus hanc pietàtem ſumus perſecuti. Adde Vlpianum noſtrum in l. Siquis à liberis. ff. de agnoſ. & alēd. Vetus eſt illud, *Filij aut parentes alant, aut vinciantur.* Eleganter Plato 4. περὶ νόμων: γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ ζώντων, ὡς θέμις, ὀφείλοντα ἀποτίνειν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα ὀφειλήματα χρεῶν πάντων πρεσβύτατα: νομίζειν δὲ ἃ κέκτηται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων καὶ θρεψαμένων, πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις, κατὰ δύναμιν πᾶσαν ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, δεύτερα, τὰ τοῦ σώματος, τρίτα τὰ τῆς ψυχῆς. ἀποτίνοντα δανείσματα ἐπιμελείας τε καὶ ὑπερπονούντων ὠδῖνας παλαιὰς ἐπὶ νέοις δανεισθείσας, ἀποδιδόντα δὲ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις.

δίκη δ' ἐν χερσί] Coniungo cum ſequenti, οὐκ ἔσται δίκη ἐν χερσίν οὐδ' αἰδώς: ne ſit repetitio ſuperioris illius χειροδίκαι, id eſt, nullus iuris diſtributioni manus admouebit.

ἀθανάτων μετὰ φῦλον] Sic Iuuenalis cùm dixiſſet,

> *Credo pudicitiam Saturno Rege moratam*
> *In terris, viſamq́; diu,* ſubiungit
> *Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit,*
> *Hac comite, atque duæ pariter fugere ſorores.*

Qui locus etiam ſequentibus præibit, vt Pudor & Nemeſis germanæ arguantur. Iuuenalis Pudicitiam & Aſtræam vocauit. Heſiodus latiore vocabulo *Pudorem* dixit, vterque ad ſuam mentem. Pietatis & Aſtrææ meminit Ouid. 1. Metam.

> *Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes*
> *Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.*

Idem Ouid. 1. Faſt.

Nondum Iuſtitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.

αἰδὼς καὶ νέμεσις] Protagoras apud Platonem vtrũque hominibus diſtributum μυθικώτερον narrat, ἵν' εἶεν (inquit) πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. Addit verò diſtributam æquali ratione, non vt cætera artificia, in quibus vnus aut alter ſolet excellere: οὐ γὰρ ἂν γένοιντο πόλεις, εἰ ὀλίγοι αὐτῶν μετέχοιεν, ὥσπερ ἄλλων τεχνῶν, adeò vt legem ſanciat, τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν, κτείνειν ὡς νόσον πόλεως. Per Pudorem intelligitur verecunda illa flagitioſæ vitæ abſtinentia. Qui oculis apertis vitiorũ turpitudines, Lyncei inſtar, peruidet, cæcus eum furor ad eas nunquam abripit. Et hic quidem eſt verè ingenuis ingeniis habitus innatus, vt vel etiam neglecta præceptorum arte, quẽuis facilè ſcelerum pudeat. Ad legum obſeruationem ciues duobus modis adigit Plato Epiſt. 7. αἰδοῖ καὶ φόβῳ. φόβῳ μὲν διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι, δεικνύντες τὴν βίαν. αἰδοῖ δὲ αὖ, διὰ τὸ κρείττους φαίνεσθαι περί τε τὰς ἡδονὰς, καὶ τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐθέλοντές τε, καὶ δυνάμενοι δουλεύειν, ἄλλως δὲ (inquit) οὐκ ἔστιν ὡς ἄν ποτε κακῶν λῆξαι πόλις ἐν αὐτῇ στασιάσασα. A bene morata ciuitate ſi Pudor exulauerit, in eam facilè irrumpet malorum mater proteruia, nullis verecundiæ arctata repagulis. Huic autem pudori rectè adiunxit metum idem Philoſophus, contra Poëtæ veteris mentem, qui cùm dixiſſet,

— ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς.

At Socrates ibi eſſe metum contendit, vbi ſit & pudor, nõ autem vbi ſit pudor, ibi eſſe & metum,

πολλοὶ γάρ μοι (inquit) in Euthyphrone, δοκοῦσι, καὶ νόσους, καὶ πενίας, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα δεδιότες, δεδιέναι μὲν, αἰδεῖσθαι δὲ μηδὲν ταῦτα ἃ δεδίασιν: ἀλλ' ἵνα γε αἰδὼς, ἔνθα καὶ δέος εἶναι, ἐπεὶ ἔστιν ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ αἰσχυνόμενος, οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας; δέδοικε μὲν οὖν. Addit timorem latiùs patêre quàm pudorem:nam pudor timoris eſt pars, vt impar, eſt pars numeri : & non cõtinuò vbi numerus,ibi & impar,ſed vbi impar, ibi & numerus. De vtroque eleganter diſſerit Athenienſis ille apud eundem Platonem 1. de Legib. νέμεσις ea eſt quæ & δίκη: quam tamen idem Plato 4.de Legib. δίκης ἄγγελον appellat, quam grauiſſimis impiorũ liberorum erga parentes criminibus ἐπίσκοπον cõſtituit. Verè autem Nemeſis εἰς αἰδῶ ἀποτελευτᾷ, quod innui ab Homero aiunt Grammatici, cùm ait νεμεσσήθητε καὶ αὐτοὶ ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους. Denique νέμεσις eſt propriè, ἡ ἐξ ἑτέρων μέμψις πρὸς τὸν κακόν τι πράσσοντα, εἴτε διορθοῖτο ἐκεῖνος, εἴτε μή: αἰδὼς δὲ ἡ διὰ νέμεσιν γινομένη πρός τινων, εἴτε καὶ ἐλπιζομένη ἐπιστροφὴ καὶ διόρθωσις τοῦ κακοῦ. Plura de ea congeſſerit qui volet, nos aliò miſeri ſubinde diuellimur. Adi mythologos illos compilatores, & lege, & elige. Ariſtot. Eth. Eudem. lib. 3. τὸν νεμεσητικὸν medium ſtatuit inter τὸν φθονερὸν, καὶ τὸν ἐπιχαιρέκακον, additque νέμεσιν eſſe apud veteres, τὸ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν κακοπραγίαις. Sic paulò poſt, τὴν αἰδῶ μεσότητα facit ἀναισχυντίας καὶ καταπλήξεως: ὁ μὲν γὰρ, inquit, μηδεμίας φροντίζων δόξης ἀναίσχυντος, ὁ δὲ πάσης ὁμοίως καταπλὴξ, ὁ δὲ τῆς τῶν φαινομένων ἐπιεικῶν, αἰδήμων. Id colligo, αἰδῶ in nobis ipſis conſiderari, vnde animi noſtri ad virtutis

reuerentiam informentur: νέμεσιν verò affectum noſtrum in reliquos, & extra nos ipſos, ſpectare, quo vitiis alienis inſultamus, vt quorum nos ipſos puditum eſt, ea vix ac ne vix quidem in aliis eſſe patiamur. Sícque illa quidem nos ἀσυνειδήτους, iſta διορθωτικοὺς efficiat. Latiùs Nemeſis Dea ſtatuitur, quam contra ſuperbiam coli monet Macrobius Satur. I. 22. imò & latiſſimè ipſum Numen, vt voluit Ariſtoteles περὶ Κόσμου, ſcilicet ἀπὸ τῆς καθέκαστον διανεμήσεως. Iſthic autem pro virtute poſita eſt, quæ ad aliorum obiurgationes aſſurgit, & in corrigenda hominum prauitate occupatur. Itaque verè pro ipſa Iuſtitia, cuius tamen nomine facilè vtrumque te complecti feram: ἡ αἰδὼ proinde erit illud Iureconſultorum, Honeſtè viuere: ἡ νέμεσις tum Suum cuique tribuere, tum Alterum non lædere. Quod candidis veſtibus vtramque induit Heſiodus, vtriuſque naturæ aptiſſimū eſt. In colore enim candido minor eſt fucus, luminis ſanè plurimùm, denique verè color ille αὐτοφυὴς & ἁπλοῦς: cùm cæteri vmbræ extraneæ plus minus admittant. Itaque rectè videri poſſit Macrobius loco iam laudato, Nemeſim quoque pro Sole interpretari, cuius nempe iſta natura eſt vt fulgentia obſcuret, & conſpectui auferat: quæque ſunt in obſcuro illuminet, offerátque conſpectui. Iam verò ipſe Pudor ſiue velo, ſiue nocte turpia quæque ὀξυδερκὴς peruidet, nec quærit opacæ conſciētiæ latibula. Ergo lucis indicium maximum hic candor, & lux ipſa maximum quoque probitatis indicium. Huic candori attributa felicitas, vt contra nigredini ominoſa, & vultum alligans triſti-

tias, vt dicebat Pacuuius. Hinc λευκὴ ἡμέρα, ἡ ἀγαθή, in Pericle Plutarchi, & apud Suidam ex Phylarcho, & λευκὴ ψῆφος, parœmia ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνων, ἢ εὐστόχως ζώντων. Imò & ipſa vox λευκὰς apud Nonnium, nempe ἡ εὐήκοος, ἡ τὴν ἀκοὴν σφοδρῶς καὶ ταχέως ἀλλοιοῦσα. Quod notant Grammatici. Pythagoras quod colore eſſet candido, ad boni naturam referebat, quod atro, contrà. Vide lumen illud antiquum Batauiæ Eraſmum in Chil. Amant denique noctem ſcelera. Huic ille apud Flaccum ſubmiſſè Numen implorans,

» *Labra mouet metuens audiri, pulchra Lauerna*
» *Da mihi fallere, da ſanctum iuſtumq́; videri:*
» *Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.*

Contrà virtus Solem etiam ipſum in ipſis tenebris ad omnes ſuas actiones quodammodo antiſtatur. Non abibo quin de candore hoc ex Plutarcho ſubmoneam, eum in ſepulturis, in lugubribus mulierum veſtibus, & vittis vſurpatum, ea ratione præter cæteras potiſſima, quoad cadauera, quia in cadauerum candido ornatu conſiſtēdum ſit. Siquidem animam ipſam ornare perinde non poſſint, quam tamen volūt vt puram & illuſtrem proſequi, quaſi nimirum graui mortalitatis certamine liberatam. Sed & cùm ſimplicia luctum deceant, non poterat aptioris coloris ornamentum aduocari, vt pote qui ſolus ſincerus ſit, impermixtus, & purus, id eſt εἰλικρινής, καὶ ἀμιγής, καὶ ἀμίαντος βαφῇ. Pænè eram oblitus quod eleganter idem Plutarchus in lib. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, cùm adulatorem ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὅμοιον ἑαυτὸν ἐξαδυνατοῦντα παρέχειν dixiſſet, cū Cha-

mæleonti aſſimilauerit, qui *ἁπάσῃ χροιᾷ πλὴν τῆς λευκῆς συναφομοιοῦται*: quaſi virtutem candori comparaturus. Quæ planè & appoſitiſſimè ad huius *λευκότητος* commendationem faciunt. Accedat Legiſlator ille Platonicus, lib. 12. *χρώματα δὲ λευκὰ, πρέποντ' ἂν θεοῖς εἴη, καὶ ἄλλοθι, καὶ ἐν ὑφῇ· βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν, ἀλλ' ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα.* Ergo candor Diis habitus peculiaris.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.
Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,
Ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς.
Ἡ δ' ἐλεὸν γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,
Μύρετο. τὴν δ' ὅγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε.
Δαιμονίη, τί λέλακας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων.
Τῇ δ' εἶς ᾗ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν.
Δεῖπνον δ' αἴκ' ἐθέλω ποιήσομαι, ἠὲ μεθήσω.
Ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν.
Νίκης τε στέρεται, πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.
Ὡς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, τανυσίπτερος ὄρνις.
Ὦ Πέρση. σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε.
Ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
Ῥηϊδίως φερέμεν δύναται. βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
Ἐγκύρσας ἄτῃσιν, ὁδὸς δ' ἑτέρηφι παρελθεῖν
Κρείσσων ἐς τὰ δίκαια, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Αὐτίκα γὰρ τρέχει ὅρκος ἅμα σκολιῇσι δίκῃσιν.
Τῆς δὲ δίκης ῥόθος, ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι. σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας.
Ἡ δ' ἕπεται κλαίουσα πόλιν τε καὶ ἤθεα λαῶν,
Ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα.
Οἵ τέ μιν ἐξελάσουσι, καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.

Οἳ δὲ δίκας ξείνοισι ϗ ἐνδήμοισι διδοῦσι
Ιθείας, ϗ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου,
Τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ,
Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος, οὐδέποτ' αὐτοῖς
Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα ζεύς.
Οὐδέ ποτ' ἰθυδίκῃσι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ,
Οὐδ' ἄτη, θαλίῃς δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται,
Τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον. οὔρεσι δὲ δρῦς
Ακρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.
Εἰροπόκοι δ' ὄιες μαλλοῖς καταβεβρίθασι.
Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν.
Θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές, οὐδ' ἐπὶ νηῶν
Νείσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ, ϗ σχέτλια ἔργα,
Τοῖς δὲ δίκην κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα ζεύς.
Πολλάκι ϗ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ος τις ἀλιτραίνει, ϗ ἀτάσθαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα κρονίων,
Λιμὸν ὁμοῦ ϗ λοιμόν. ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
Οὐ δὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δὲ οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν ὀλυμπίου. ἄλλοτε δ' αὖτε
Η τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, ἢ ὅγε τεῖχος,
Ηνέας ἐν πόντῳ κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν,
Ω βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε ϗ αὐτοὶ
Τήνδε δίκην. ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
Αθάνατοι λεύσσουσιν, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
Αλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Αθάνατοι ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας ϗ σχέτλια ἔργα,
Ηέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
Ηδέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη διὸς ἐκγεγαυῖα,

Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
Καὶ ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ διῒ πατρὶ καθεζομένη κρονίωνι
Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες,
Αλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.
Ταῦτα φυλασσόμενοι βασιλῆες, ἰθύνετε μύθους,
Δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπιπάγχυ λάθεσθε.
Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.
Η δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας,
Καί νυ τάδ' αἴκ' ἐθέλῃσ' ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει,
Οἵην δὴ καὶ τήνδε δίκην πόλις ἐντὸς ἐέργει.
Νῦν δ' ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός. ἐπεὶ κακὸν, ἄνδρα δίκαιον
Εμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.
Αλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν δία τερπικέραυνον,
Ω πέρση. σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
Τόν δε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων,
Ιχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεεινοῖς,
Εσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς.
Ανθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
Γίνεται. εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν,
Γινώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα ζεύς.
Ος δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας,
Ψεύσεται. ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθη,
Τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
Ανδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Sed nunc fabulam regibus dicã, tametſi ipſi ſapiãt.
Sic accipiter affatus eſt luſciniam canoram,

Altè in nubibus ferens, vnguibus correptam,
Jlla vero miſerè curuis confixa vnguibus,
Lugebat, eã autẽ imperioſo ille ſermone allocutus eſt,
Infelix, quid ſtrepis? habet certè te multo fortior:
Hac vadis, quà te duco, etiam cantatricem exiſtentẽ.
Cœnam verò, ſiquidem libet, faciam, ſiue dimittam.
Jmprudẽs vero, quicũq; velit cũ potẽtioribus cõtẽdere,
Victoriáq; priuatur, adq́; pudorem, dolores patitur.
Sic ait velox accipiter, latis alis prædita auis.

O Perſa, tu verò audi iuſtitiã, neque iniuriã foue.
Iniuria enim pernicioſa eſt miſero homini, neque bonus
Facile ferre poteſt, grauaturq́; ab ipſa, (quidem
Jllapſus damnis. Via verò altera perueniendi
Melior ad iuſta: Iuſtitia autem ſuper iniuriam valet,
Ad finem progreſſa: paſſus verò etiam ſtultus ſapuit.
Citò enim abit iuſiurandum vnà cum prauis iudiciis.
Iuſtitiæ verò impetus, tractæ quocũque homines duxe-
Doniuori, prauis autẽ iudiciis iudicarint leges. (rint
Hæc verò ſequitur flens vrbemq́; & mores populorũ,
Aërem induta, malum hominibus adferens,
Quiq́; ipſam expellunt, neque rectam diſtribuerunt.
At qui iura tam hoſpitibus quàm popularibus dant
Recta, neque à iuſto quicquam exorbitant,
Iis viget vrbs, populiq́; florent in ipſa,
Pax verò per terram alma: neque vnquam ipſis.
Moleſtum bellum deſtinat Latecernens Iupiter.
Nec vnquam iuſtos inter homines fames verſatur,
Neque noxa: in conuiuiis verò partis opibus fruũtur.
His fert quidẽ terra multũ victum: in montibus verò
Sũma quidem fert glãdes, media verò apes, (quercus
Lanigeræ autem oues velleribus onuſtæ ſunt,
Pariunt verò mulieres ſimiles parentibus liberos,
Florent

Florent autem bonis perpetuò, neque nauibus
Nauigant, fructum verò profert fœcundus ager.
Sed quibus iniuriaq́; mala curæ eſt, prauaq́; opera,
Iis pœnam Saturnius deſtinat Latitonans Iupiter:
Sæpeq́; vniuerſa ciuitas malum ob virum punitur,
Qui peccat, & iniqua machinatur.
Illis autem cœlitus magnũ adduxit malũ Saturnius,
Famem ſimul & peſtem, intereunt verò populi,
Neque mulieres pariunt, decreſcuntq́; familiæ,
Iouis olympij conſilio interdum verò rurſus
Aut horum exercitum ingentem perdidit, aut murũ,
Aut naues in ponto Saturnius punit ipſorum.
O reges: vos autem conſiderate etiam ipſi
Iuſtitiam hanc: propè enim inter homines verſantes
Dij vident, quotquot prauis iudiciis
Se mutuo atterũt, deorũ animaduerſionẽ non curãtes.
Innumeri autem ſunt in terra multorum alumna
Dij Iouis, cuſtodes mortalium hominum,
Qui ſanè & iudicia obſeruant, & praua opera,
Aerem induti, paſſim oberrantes per terram.
Virgo autem eſt Iuſtitia, Ioue prognata,
Claraq́; & veneranda dijs, qui cœlum habitant.
Et certè cùm quis ipſam læſerit, obliquè iniurians,
Statim ad Iouem patrem conſidens Saturnium,
Conqueritur, hominum iniquam mentem: vt luat
Populus peccata regum, qui praua cogitantes
Aliò deflectunt iudicia, obliquè pronuntiantes.
Hæc obſeruantes ô reges, corrigite ſententias, (mini.
Corrupti: obliquorũ verò iudiciorũ prorſus obliuiſca-
Sibi ipſi mala fabricatur vir, alij mala fabricans.
Malum verò conſilium conſulenti peſſimum.
Omnia videns Iouis oculus, omniaq́; intelligens,

Et hæc certè (ſiquidẽ vult) inſpicit, neque ipſum latet,
Qualinam hoc quoque iudiciũ ciuitas intus exerceat.
Ego porrò nec ipſe nunc inter homines iuſtus
Eſſe velim, neque meus filius: quando malum eſt, iuſtũ
Eſſe: ſiquidẽ plus iũris iniuſtior habebit. (gaudẽtem,
Sed his nondũ finẽ arbitror impoſiturum Ioue fulmine
O Perſa. Cæterũ tu hæc animo tuo repone, (re prorſus
Et iuſtitiæ quidẽ animũ adiice, violẽtiæ verò obliuiſce-
Namque hanc hominibus legem diſpoſuit Saturnius,
Piſcibus quidem & feris & auibus volucribus,
Se mutuo vt deuorent, quandoquidem iuſtitia carent.
Hominibus autem dedit iuſtitiam, quæ multò optima
Eſt. Si quis enim velit iuſta in publico dicere,
Cognoſcens, ei quidẽ opes largitur Latitonãs Iupiter.
Qui verò teſtimoniis volens periurium iurando
Mentietur, in ius delinquẽs, immedicabiliter læſus eſt,
Eius verò obſcurior poſteritas poſtea relicta eſt.
Viri autem iuſti generatio poſteris præſtantior.

COMMENTARIVS.

νῦν δ' αἶνον] Cautè Heſiodus violẽtam Regum ſui temporis dominationẽm inſectaturus, fabulæ clypeum quodammodo obtendit: Tyrannum accipitri, ſubditos luſciniis comparat. Illinc rapacitas nociua, huic innocua ſimplicitas: illius iniũriæ, hinc patientia, denique ἀρχῆς ἀκολάσυ typus. Ea ſunt hominum ingenia, vt nullis rationum cãcellis facilè coërceantur, procliuia nempe ad illã πλεονεξίαν, de qua initio huius partis diſſerebamus. Quæ vera eſt in potentioribus impotentia, quam tyrannidem appellarunt, qui inclinatos Regum mores vetuſtiſſimo nomine, ſed ſignatu cõtrario,

inſigniri voluerunt. Porrò cùm grauis ſit & noxius accipitrum iſtorum dominatus, fruſtrà imbellis populus aduerſum eorum robur inſurgit, καὶ πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει. Tutius viuunt, qui placata mente abſtinent, & ſuſtinent. Cùm vaſa figulina ferreis collidunt, facillimè conteruntur. Hinc eſt quod παροιμίαι monent, ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός: & Pindarus, χαλεπὰ δ' ἔξεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεισσόνων. Quorum nempe commercia multum portentent periculi, & vitam denique τῶν ἰχθύων, ἐν οἷς φασιν ὁμοφύλοις οὖσι τὴν τοῦ μείονος ἀπώλειαν, τῷ μείζονι τροφὴν γίνεσθαι καὶ βίον: vt ait Polyb. lib. 15. Varronis verſus à Iunio emendati huc faciunt,

» *Natura humanis omnia ſunt paria,*
» *Qui pote plus, vrget, piſces vt ſæpe minutos*
» *Magnũ comeſt, vt aues enecat accipiter.*

Et illud apud Diogenianum & Syneſium πόῤῥω διός τε καὶ κεραυνοῦ. Videndi fuſius Chiliaſtæ Prouerbiorum. Accedet triarius noſter Homerus, qui Regum iram ſic depingit, vt ab ea cauendum eſſe moneat,

» κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
» εἴπερ γάρ τε χόλον γε, καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
» ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσσῃ.

Ad quem locum nos olim plura. Cum ſuperiore contendere, furioſum, inquit, Sen. lib. 2. de ira.

ὦ Πέρση· σὺ δ' ἄκουε δίκης] Hortatur, vt anteà, fratrem ad Iuſtitiam, demonſtratis eius commodis, at contrà incommodis iniuſtitiæ. Locus nota & examine dignus. Longa eſt & operoſa apud Platonem 1. & 2. de Repub. de iuſto & iniuſto diſputatio. Exploſo tandem Thraſymacho tyrannicæ

ac violentæ iuſtitiæ acerrimo propugnatore, qui cùm vtilitatẽ ſummam ex ſumma iniuſtitia proſeminari vrgeret, in vtilitate autem illa cõſtitueret beatitatem, docuit tandem Socrates, & ſubinde Adimantus fratres, longè aliter ſentiendum, & cùm Iuſtitia ſit virtus animæ, iniuſtitia verò eiuſdem vitium, eam animam demum beatiſſimè viuere quæ virtute ſua prædita ad opus ſe accingit: contrà infeliciſſimè, qui vitio aduerſo laborat. Adimantus huic loco conuenientiſſimè poſtmodum totam diſputationem eò deducit, vt nulla habita τῶν ἀποβαινόντων ratione, Iuſtitia ex ſe ipſa, & quaſi ex ſuis viſceribus dignoſcatur: varia enim & diuerſa tum Iuſtitiæ, tum Iniuſtitiæ accidunt: huic interdum bona, illi vt plurimum mala, ex quibus argui alterutrius εὐδόκιμον, manifeſtiſſimi eſſet elenchi. Aliôqui non leuis hominibus fluctuandi anſa tribuetur, qualis eſt illa Pindari eodem loco, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, ἀναβὰς, καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ; Τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα δικαίῳ μὲν ὄντι μοὶ, ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελος φασὶν οὐδὲν εἶναι, πόνους δὲ καὶ ζημίας φανερὰς· ἀδίκῳ δὲ, δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευασμένῳ, θεσπέσιος βίος λέγεται. Heſiodus tamen cuius & locum Adimantus ibidem meminit, reuerà quanta Iuſtitiam Felicitas conſequatur, hîc diſertè monet, vt quia bonorum ſpe maximè ad quiduis amplectendum illiciuntur, habeant quod & in Iuſtitia ament, præter illud natiuũ illius quodammodo αὐταρκές. Neque ita tamen perpetua ſunt hæc ornamenta, vt κατὰ παντὸς dictum velim, ſed ὡς ἐπὶ πολύ. Id planè ratum eſto, per ſe Iuſtitiam veræ & ſolidæ felicita-

tis ſibi eſſe compotem, cætera ſi adiecerit Numen, augeri felicitatem illam, ſi ademerit, non minui. Vtique benè moratæ ciuitates, quæ iniurias & ſcelera non fouent, & in vna Iuſtitia placidè conquieſcunt, vix eſt vt vllos infortuniorum turbines ſuſtineant. Caſus varij in rebus humanis, ſola virtus extra omnem eſt aleam.

ὕβεις γάρ τε κακή] Contra naturam eſt, id aliis machinari quod tu tibi ipſi damnoſum cenſeas. Is eſt autem finis iniuriarum, quæ in perniciē aliorum inferuntur. Quod ita graue eſt, & humano ingenio ad ſui tutelam nato, ſic aduerſum, vt facilè ad acceptas iniurias commoueatur. Quanquam & hoc in laude poſitum eſt, & voto dignum apud Lacedęmonios, *τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι*. Sed gens illa quæ ad crudelem illam *διαμαστίγωσιν* ita obduruerat, facilè huic quoque tolerantiæ aſſuefaciebat, ſed monſtra virtutum vrbs illa, vel *ἀπείχεσθαι*, ſic cohibuit, vt alibi vix conſpiciantur. Nos de vulgari hominum genere cum Heſiodo loquimur, non item de eo qui in Comœdia quadam, amicum rebus aduerſis, & fortunæ iniquitate cōflictatum, eam vlciſci iubet, ſed *φιλοσόφως*. Author Plut. in lib. *περὶ φυγῆς*. Seneca quoque Neroni ſuo ſalubria ferendarum iniuriarum præcepta, ex ſuis illis penitioribus loculis deprompta miniſtrauit, ſed ſenſum earum mortalibus nunquam adimet, & vt virtus ſit ferre iniurias, inferre omnino ſcelus eſt. Quod Heſiodo eſt *τέλος σκοπιμώτατον. τίμιος μὲν δὴ καὶ ὁ μηδὲν ἀδικῶν*, inquit Legiſlator Platonicus lib. 5. *σκόπει οὖν δὴ καὶ σὺ εὖ μάλα πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι, καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν βου-*

λευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος, οὔτε τοῦ ἀδικεῖν, οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν, οὔτε κακῶς πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντας κακῶς, ait Socrates in Critone. In Gorgia hæc ſunt aurea, εὐλαβητέον δεῖ τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι: & illud, μεῖζον μὲν κακὸν τὸ ἀδικεῖν, ἔλαττον δὲ ἀδικεῖσθαι.

δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει] Nõ hoc admittat Thraſymachus Platonicus, maximè in τελεωτάτῃ iniuſtitia, putà Tyrannide, ἣ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια, καὶ λάθρα, καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται, καὶ ἱερὰ, καὶ ὅσια, καὶ ἴδια, καὶ δημόσια, ἀλλὰ ξυλλήβδην. Nam ij qui rapinas illas ſingulatim exercẽt, pœnas & opprobria nõ effugiũt, at qui hoc cum potentia illa faciunt inſolente, εὐδαίμονες καὶ μακάριοι κέκληνται, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν πολιτῶν· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν πύθωνται αὐτοὺς τὴν ὅλην ἀδικίαν ἠδικηκότας. At nos cum Heſiodo hoc Traſymacho demus ad tempus inualeſcere, tandem tamen, καὶ εἰς τέλος ἐξελθοῦσα hæc ἀδικία vires ſuas amittit, penitus infringitur: ac cæteris indomitam illam tempus ipſum perdomat. Iuſtitiæ verò manet integrum robur, & vt interdum vincatur, de ſcelere tamen olim triumphabit. Huc pertinet quicquid de ſera numinis vindicta, annotant Philoſophi. Vide quid Agamemnon Homericus appoſitè dixerit, de Troianis fœdifragis,

» εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
» ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ. σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
» σὺν σφῇσι κεφαλῇσι, γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσιν.

Et nos multa ad eum locum. Faciũt huc illa Poëtarum quæ congeſſit Eraſmus ad Adagium, *finem vitæ ſpecta*. Ergo cùm videris fauſtis & inconcuſſis ſucceſſibus miniſtros iniuſtitiæ intumeſcere,

repete illud antiquum verbum Herodoti Polym. τὸ μὴ ἅμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι, aut illud Laberij, quod vſurpauit Plin. 16. 2. *Multis fortuna parcere in pœnam ſolet.*

παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω] Non perſuadebo fortè, inquit Heſiodus, cauendum tibi eſſe ab iniuriis inferendis, quod potentiorem tandem iniuſtitia iuſtitiam fore dixerim. At ſapientis eſt tamen, ſibi longè antè prudentiæ oculis præcauere, ne impingas: contrà hominis væcordiſſimi, vbi res ipſa contigit, demum ſapere. Hoc ipſum in Epimetheo anteà notabamus. Abiit porrò hæc vox in prouerbium homini vtiliſſimum, de quo Eraſ. Chil. 1. Cent. 1.

τῆς δὲ δίκης ῥόθος] Opponit iuſtitiæ impetum, velocitati iniuriarum, quas ſtatim euaneſcere dicebat, id eſt αὐτίκα θέειν. At Iuſtitia quæ à prauo illo & diſtorto hominum genere expellitur, non ita ſe proripit, quin iiſdem penè adhæreſcit, vtique eos ſic conſectatur, vt dignas tandem de ipſis pœnas ſumat. Eius προσωπογραφία elegans, luctuoſa & vindex, ad ſuperioris illius ſententiæ ἐπεξεργασίαν, δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει εἰς τέλος ἐξελθοῦσα.

ἠέρα ἑσσαμένη] Indumentum Diis familiare, ne videlicet conſpiciantur: ſic Numen quoque ſacræ paginæ nubibus integunt, vt nos olim Dauidem effingentes dicebamus,

» *Subdebant pedibus denſa illi vmbracula nubes,*
» *Hinc Cherubum tergo mundi per inania vectus,*
» *Alipede aëreos ſindebat remige campos.*

Non ita omnino abſurda veteres noſtri Poëtæ canunt, vt ab ipſa Pietate diſcrepent.

οἱ δὲ δίκας ξείνοισι] Beatitudines Iuſtitiæ perſequitur, quæ tantę ſunt, vt qui in earum deſiderio, & ſtudio non conquieſcunt, nullam ſanis hominibus ſui commiſerationem moueant, ſi in illas iniuſtitiæ propoſitas calamitates incurrerint. Sancti omninò illi Iuſtitiæ diribitores, alma ciuitate florentibus populis exornata, pacifica, bellorum immune, famis experte, noxarum vacua potiuntur. Iam verò quaſcunque ſibi parauerint opes, placidè carpunt, & luxuriantis quodammodo terræ fructibus vitæ ſuæ ſuſtentacula conciliant, montanas ipſis quercus glandes, medias apum examina, oues lanæ prægrauant, vxores parentibus ſimilem educunt prolem. Denique ſic viuunt, ſic benigno telluris vbere implentur, vt maris pericula conquirendi victus cauſa ſubire non cogantur. His omnibus conſtat abſoluta illa, vt ita dixerim, felicitatum *ἐντελέχεια*: quibus contrarias Iniuſtitiæ infelicitates mox opponit.

οὔρεσι δὲ δρῦς] Et hæc quoque inter beatitudines iuſtorum eſt, vt montanę quercus glandium feracitate luxurient. Prurit mihi animus in hac *διασκέψει*, & in ſacræ illius arboris laudes, vel inuitus abripior: quanquam amo, & iure, tum quia in gentis meæ inſignibus, tum quòd ei priſca ſecula tantos honores vouêre, vt de ea vulgariter ſentire, animi ſit ne vulgi quidem grege digni. Vna tibi Dodona fidem faciet, à vetuſtate frequentata,

— *ὄφρα θεοῖο*

„ *ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.*

inquit Homerus. Quibus adde Oſca illa numina Dryadum & Hamadryadum. Sed & primus ho-

minum victus in glande conſtitutus ſatis arguit, quãtæ fuerint dignitatis arbores glãdiferæ, apud credulam eandem antiquitatem,& Ogenium hominum genus. Deorum ergo numine, & hominum vita quid ſanctius, quid charius expoſcis? Vtrumque tibi veteres quercus ſufficient, quaſi religionis, quaſi vitæ conceptacula. Antiquiſſimam & principem ſtirpium monuit Plut. Quæſt. Rom. *92*. Vaſtitatem roborum Hercyniæ ſyluæ intactam aruis & congenitam mũdo prodit Plin. *16*. 2. Sacram Ioui, & Iunoni arborem Diis vrbium Tutelaribus, ait Plutarchus eodem loco. Hinc nempe ciuica illa corona è quercu perpetui apud Romanos honoris, ob ciues in bello ſeruatos, apud Plinium *16*. 4. quaſi vitæ monumentum auguſtiſſimum. Nam & inter longæuas viuacéſque arbores collocat Ariſtoteles. Vnde factum puto, vt Hecates imago eodem coronæ genere cingeretur, quaſi placandi mortiferi numinis causâ: addebantur Draconum ſpirę & volumina ad formam, ſed quo fine, diuinaſſet forſan Goropius Becanus ad quintum Gallicorum librum, vbi multis arcana huius arboris myſteria, quaſi nouus Orpheus, non omnibus quidẽ fidem facturus, vtique tamen pio omnino conatu,& accuratiſſima diligentia referat: cui ſi meus calculus olim profuturus eſt, ego omnes illi attentos eſſe iubeo, & vt aut erranti viam monſtrent, aut monſtrantem ſtudioſè ſequantur, monere hactenus non deſino. Quis enim ſatis demiretur ſtupida noſtra ingenia, in anilibus illis Poëtarum fabulis conſeneſcentia, quibus ne leuem quidem curam

indagandæ veritatis, tam abſurdæ commentationes iniiciunt? Hæremus, & volutamus in hoc luto, ac ne per rimulas quidem lumen illud antiquum in cæcitatem noſtram intrare patimur. Quid hoc eſt quòd trita illa veſtigia inſiſtens, Heſiodus nobis de glandium opibus prædicat, vt eis inter beatitates eximias locum eſſe voluerit? Nũquid enim præſtantiores erant in ampliſſimo naturæ campo fructus, quorum ἁδρότητα nobis polliceretur? Quid glandes ad hominem? Annon inuentis frugibus à glandibus fuit abſtinendum, nec obtrudendus delicatioribus aſſuefacto palato cibus? Altius eſt quippiam in tota hac arbore: ſed nos vulgares ſcientiæ fines ne egrediamur, facit metus interdicti. Credo Heſiodum vſum glandium ſaginandis ſuibus, quibus in re pecuaria rei ruſticæ parte non poſtremus locus, agnouiſſe. Glande pinguitudinem carnis non ſolùm effici, ſed etiam iucundum ſaporem, ait Varro 2. de re Ruſt. cap. 4. Ex ea ſibi diligens & prouidus paterfamiliâs conficit ſuccidias. Thynnos quoque, qui ſues ſunt marini, glandibus quernis victitare & pingueſcere ad oram maritimam Turditaniæ, refert Strab. lib. 3. ὥστε καὶ φορᾶς τῆς βαλάνου γινομένης, φορὰν καὶ τῶν θύννων εἶναι. Sed & gens quædam prodita eſt quæ glandibus veſceretur, quales Luſitanos ὀρείους memorat idem Strabo, duobus anni temporibus glandem quernam, ξηράναντας καὶ κόψαντας, εἶτα ἀλέσαντας, καὶ ἀρτοποιησαμένους, ὥστε ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον. Secundis menſis glandem inſeri per Hiſpanias ſuo tempore author eſt Plin. 16. 5. Iiſdem inopia frugum (dixerat anteà) arefactis molitur farina,

ſpiſſatúrque in panis vſum. Et mox, Dulcior, inquit, eadem in cinere toſta: quaſi nempe edulis ipſi homini. Sed hic vſus huic genti, aut vni, aut alteri, peculiaris ad ſtabiliendam illam beatitatem *καθολικώτερον* ſatis non facit: quod enim neceſſitatis impulſu fit, minus per ſe commendatione dignum eſt, ac in ſubſidiorum loco relinquendum. Cùm autem diuerſa ſint roborum genera, varias quoque glandes ferunt, præter quas *χρησιμώτατος* illa arbor hæc omnia fert, *κηκίδα, συκαμινώδεις, αἰδιώδεις, ταυροκέφαλον, πῖλον, σφαίριον, μελιτήριον, σφαίριον μεγαλογλυφὲς, λιθάριον, σφαίριον φυλλικὸν, σφαίριον ὑδατῶδες*. Id eximium quod cachryn, & coccum granum, & agaricum, & viſcum fert apud Druidas ſacrum, ſacríque morbi Alexipharmacum. De quibus videndus Theophraſtus lib. 3. Hiſtor. & Plin. loco iam laudato. Montanas verò hîc Heſiodus commendat, quòd proprius ſit ille quercuum ſitus, quanquam & in plana deſcẽdunt, vt mox videbimus. Id autem notandum ex Plin. 16.18. Quæcunque communia ſunt montibus planíſque, maiora fieri, aſpectúque pulcriona in campeſtribus, meliora materie criſpioráque in montibus, exceptis malis, pyríſque. De quercetis Mamre, in quibus tabernacula ſua defixit Abraham, videndi Hebræi authores. D. Hieronymus ad meridianam plagam, ab Ælia millibus circiter viginti duobus, quercum Abraham, quæ & Mamre, vſque ad Conſtantij Regis imperium mõſtratam fuiſſe ait, ibíque eiuſdem Abrahami, ſuo quoque tempore, Mauſoleum cõſpici. Quanquam ille inconſtanter vocem Hebraicam,

nunc quercum, nunc terebinthum interpretetur. Sed hæc penè ἀπροσδιόνυσα, niſi quod ægrè quercum deſero. Mariana quercus Ciceroni nobilitata eſt. Circa Hieroſolyma querceta frequentia fuerunt, idem in monte Samariæ. Ad quercum quaſi arborem nobiliſſimam trophæa Mezentij appēdit Æneas Virgilianus, lib. 11. Sed ἅλις δρυός.

μέσση δὲ μελίσσας] Quæ hîc media quercus dicitur, Plinio 16.5. eſt *plana*, quam *montoſæ* opponit. Idem cap. 18. *Deſcendunt & in plana* (inquit) *cornus, corylus, quercus*, &c. Quod hîc apes quercubus aſſignat, lucem capiet ex eodem Plinio eiuſdem libri cap. 8. *Robora* (inquit) *ferunt & viſcum, & mella, vt author eſt Heſiodus. Conſtátque rores melleos è cælo cadentes, non aliis magis inſidere frondibus.* Hercynij ſaltus id comprobant, & totus ille Septentrionalis tractus apum examinibus refertiſſimus, vnde ingens mellis & ceræ copia per totum penè orbem ſummo gentis illius lucro diditur. Eſt & μέλι δρύινον in Epigrammate. Arbores illas Hircaniæ, à quarum foliis mel fluere prodit Strab. lib. 2. quercus interpretor, licet generali vocabulo, δένδρεσι, dixerit. Nam & δρῦς ipſa pro omni arborum genere vſurpatur Suida teſte, & τὸ δένδρον, per eminentiam, ipſa nuncupabitur quercus, aut, vt fit, ἀδιακρίτως locutus eſt Geographus. *Aërias quercus* quibus roſcidi mellis ſudores tribuit, appellat Virgilius ποιητικῶς proceras, ſed in planis tamen conſitas. Hinc porrò intelliges cur hîc μέσσας dicat Heſiodus, nempe quòd eorum rami, & cacumina à ſolo in cælos altiùs emergētia, medium quaſi ſitum inter ipſas ſoli radices, vt vo-

cat Homerus, cum montium verticibus obtineāt. Montana quercus ventorum turbinibus peruia, apum aluearíis minus opportuna eſt, ad quorum nempe ſecuritatem, & ſalutem, aër temperatus, neque æſtate feruidus, neque hyeme non apricus, neque ab aquis purioribus remotus omnino requiratur, ſiquis meliturgus ſapit. Poſſint tamen & mediis montibus collocari, vt videatur penè Heſiodus hunc ſitum mellariorum hîc innuiſſe. Nam & Varro, vt Diis Helicona atque Olympũ attribuerunt homines, ſic apibus floridos, & incultos naturam attribuiſſe montes ſcribit. Quiduis intellige, modò hos μελιττῶνας infra montium vertices aëri circumquaque patētes, ſubſidere patiare. Nam vnde apibus ad Aquilonũ flatus perferendos vires? ait Plin. 11.6. Ad hunc poſtremum ſenſum facit quod in medio colle, in quo aër calore & frigore temperatus eſt, domum villici ædificari iubet Colum. 1.4. *quòd*(inquit) *neque depreſſus hyeme pruinis torpet, aut torret æſtate vaporibus, neque elatus in ſumma montium, perexiguis vētorum motibus, aut pluuiis omni tempore anni ſæuit. Hæc igitur eſt medij collis optima poſitio, loco tamen ipſo paululum intumeſcente, ne cùm à vertice torrens, imbribus conceptus effluxerit, fundamenta conuellat.*

τίκτουσιν δὲ γυναῖκες] Inſigniores tantùm Iuſtitiæ beatitates notamus, ne nimium diligentes videamur. Hæc autem vel inter inſigniores eximia, vt in illa ciuitate, in qua vigent iura, proles ſimilis parenti enaſcatur. Itáne, Heſiode, cum illa verſicolore natura pactus es, vt conſtantes nobis vultus hominum vltrò polliceare? & quod ipſa præ-

ſtare per ſe non ſolet, tu præſtaturam eam eiurare audeas? Ecce iam ſponſorem te habemus,&,ni fallor, mox te reum primarium debendi habebimus, niſi tu ad ἀδυνάτων exceptiones & aſyla cōfugeris. Sed tu inuicem habebis me nō moroſum aduerſarium, & ego quàm propiter potero ad mentem tuam accedam, vt mitiùs tota hæc lis componatur. Quàm varia ſit formarum ratio, qui non videt, is neque ſolem. Gaudet iſta diuerſitate, quaſi feraciſſimi ingenij teſte natura, maximè in hominum ſobole: cuius rei cauſam ex illuſtri illo loco Plinij 7. 12. hauriemus, *Similitudinum* (inquit) *in mente reputatio eſt, & in qua credantur multa fortuita pellere, viſus, auditus, memoria, hauſtæq; imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiã vtriuſlibet animum ſubitò tranſuolans, effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit: cùm cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſinguliſq; in ſuo cuique genere.* Iã verò cùm illa animorum, vt vides, volubilitas omnium notarum ſit capax, accidere poteſt, vt ad momētum illud conceptus occurrat imago parenti diſſimilis, quæ diſſimilem illi partum proditura ſit. Atqui hoc ipſum eſt quod vrget Heſiodus, futurum in iuſta illa & caſta ciuitate, vt in ſolis maritis ita oculos, ita animos defigant fœminæ, ſic ſe à peregrinis quibuſlibet imaginibus auocent, vt non niſi ſimilem maritis prolem eductūræ ſint, quæ pote diſſimile ab illis nihil in mētem perturbatam

induxerint. Quæ verè & ſincerè viros amant, vnicè quoque amant: quem *ſedatum Cupidinem* appellauit Plautus in Amphitr. Porrò in eius cogitatione perpetuò habitãt, alienas furias & ignem alienum non admittunt, ſolum illum cautè circũferunt, & his meris illiciis capiuntur. Cùm itaque formarum cauſa in ipſa imaginatione poſita maximè ſit, euicimus ex vnica de marito imaginatione acceſſuram ad eius ſimilitudinem, quæcunque tandem proles ex eo in lumen exitura eſt, puræ illius & genuinæ caſtitatis indicium ampliſſimum, at non certiſſimum, aut ſolum, ſed quod maximè ad fidem faciendam vrgeat, & cogat, ſi cætera concurrerint. Sanè, id etiam vel Lucretiæ cuiuis vulgò contingit, vt ſua proles neutrum parentem referat, quod Medicorum plerique, inquit Plutarchus, τυχικῶς, καὶ αὐτομάτως, ἐκ τοῦ ὅταν διαψυχθῇ τὸ σπέρμα, καὶ τὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ τῆς γυναικός, accidere putant. Empedocles τῇ κατὰ τὴν σύλληψιν φαντασίᾳ τῆς γυναικός tribuit: Stoici συμπαθείᾳ τῆς διανοίας κατὰ ῥευμάτων εἰς κρίσεις, καὶ ἀκτίνων, οὐκ εἰδώλων. Idẽ Plutar. in lib. aduerſus Colotem, tres animi motus ſtatuit, τὸ φανταστικὸν, τὸ ὁρμητικὸν, τὸ συγκαταθετικόν: quorum illud ne ſiquidẽ velis, eximere vllo modo poſſis: ἀλλὰ ἀνάγκη (inquit) προσεντυγχάνοντας τοῖς πράγμασι, τυποῦσθαι καὶ πάσχειν ὑπ᾽ αὐτῶν. Iſta ſunt huius loci vt iuſtior paretur diſſimilitudini excuſatio. Sed hæc cùm ita ſint, cui cauſæ tandem aſſignabimus tãtam remotorum etiam inuicem hominum ſimilitudinem? vnde illi pueri à Toranio olim Antonio pro geminis venditi, quorum tamen alter in Aſia genitus, alter trans Alpes, tanta

vnitas erat, inquit Plinius loco iam memorato. Neque enim, vt ait ibidem puerorum illorũ mango, mira erat ſimilitudo in vllis eodem vtero editis, diuerſarum autem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſt taxationem. Atqui vix eſt, vt vterque ex illis parentem ſuum ore retulerit, alioqui ſic in infinitum, in vtriuſque familia creſcerent monſtroſa illa ſimilitudinum miracula.

ὐδ᾽ ἐπὶ νηῶν νείσονται] Hæc quoque eſt inſignis beatitas, mare, tot periculis obnoxium non conſcendere. Gloriatum Catonem legimus, quòd temerè ſe aquæ nunquam commiſiſſet, ſed Ælianũ quòd mare ne quidem inuiſiſſet: vterque, ni fallor, inſtabiles fluctus ac infidos pręſolido illo telluris στερεώματι iurè exhorruit. Quid enim violentius mari, ventiſue, & turbinibus, & procellis? inquit Plin. 32.1. & 9.34. *Iam quidem* (inquit) *ex tota rerum natura damnoſiſſimum mare eſt tot modis, tot menſis, tot piſcium ſaporibus, quibus pretia capientium periculo fiũt*. Prouerbium Græcorum in malis mare quoque collocauit, πῦρ, ϗ θάλασσα, ϗ γυνὴ κακὰ τρία. Sed illa virus ſarcaſmi redolent, & moderatum ſenſum expoſcunt. Bias Nautas dicebat μήτε ἐν τοῖς τεθνηκόσιν εἶναι, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν, vt eſt in Axiocho. Plato 4. de legib. maritimum ciuitatis ſuæ ſitum eſſe noluit, πρόσοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ, τὸ μὲν παρ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἡδὺ, μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν ϗ πικρὸν γειτόνημα. ἐμπορείας γὰρ ϗ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα ἑαυτὴν, ἤθη παλίμβολα ϗ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα, αὐτήν τε πρὸς αὑτὴν τὴν πόλιν ἄπιστον ϗ ἄφιλον ποιεῖ, ϗ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὡσαύτως. Vnde Strab.

de Strab.lib.ex hoc eodem loco Platonis, *θάλατταν πονηροδιδάσκαλον* appellauit. Id quoque Lacedæmoniis viſum, vt refert Plutarch.

πολλάκι καὶ ξύμπασα] Non erit hoc leue auerruncandæ iniuſtitiæ argumentum, quòd vel vnius labes in totam ciuitatem facillimè propagetur, ſi non culpâ, ſaltem pœnâ, quæ non vni illi, ſed omnibus interdum obtingit. Si patriam amas, caue ne praui tui mores excidium illi creauerint: tu, patria, ſi te ipſa ſaluam vis, vel vnum quemlibet profligatæ nequitiæ hominem maturè extermina. Vnius perfidia Paridis cõniuentem Troiam perdidit. Et ſi propiùs omnium penè bellorum cauſas attendis, vix vnius aut alterius perſonas egrediuntur. A ſcintilla totus hic quantus eſt ignis. Hinc te iuſti obſeruantiorem fieri volo: quod ſtudium, ſi in ſingulos dimanauerit, ne toti quidem ciuitati, quę tam ſanctos incolas habuerit, metuẽdum eſt. Heſiodus autem videtur ad populi moderatorẽ potiſſimùm reſpicere, iuxta illud Flacci,

Quicquid delirant Reges plectuntur Achiui.

Vide quid nos ad illud Homeri Iliad. 1.

τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι.

Vbi Chryſes Gręcis omnibus Agamẽnonis delictum imputari voluit, vt luerent pœnas, quas ſolus Imperator demeruiſſe videbatur. Sibi ipſi lucem affert Heſiodus in ſequentibus, vbi ait, Iuſtitiam apud Deum conqueri,

-- ὄφρ' ἀποτίσῃ

δῆμος ἀτασθαλίας βασιλήων.

οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν] Cùm naturæ *ἐντελέχεια* otioſa nunquam propriè eſſe poſſit, id in humani ge-

neris propagatione maximè eluceſcit, quæ ſi aliqua parte intermittatur, ſtomachum naturæ ſterilitate arguit, cùm procliuis eius clementia fœcunditati faueat. Huc nos ingenita ὁρμήματα impellunt, nec ab iis nos niſi ἀδυναμία reuocat. Reges Perſarum norant quanti eſſet emolumenti illa fœcunditas, qui præmia τῇ πολυτεκνίᾳ dicuntur conſtituiſſe, apud Strab. lib. 15. & Herod. lib. 1. Apud Romanos tum veteres, tum recentiores, magna eſt habita prolis ratio, vt etiam tum munera inſigniora, tum inſigniores immunitates ex certo liberorum numero ſortirentur. Sed & inter ſacras beatitates locum habet illa πολυτεκνία, quæ etiam ad arenæ, & ſiderum numerum excurrit, qualis Abrahamo indicata eſt. Neque tamen hinc verè infelices eos pronuntiari velim, quibus hanc natura negarit fœcunditatem: quin hæc ita intelliguntur, vt intra certas tamen ſenſus metas cohiberi debeant. Denique res ita ſe ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ habet, ita nimirum vt ſemper cauſarum origines ſpectes, & omnia ἐπιεικῶς interpretêre. Conſtantinus Magnus virginitatem & ἀτεκνίαν iiſdem honeſtauit priuilegiis, quæ reliqui fœcunditati & matrimoniis cõceſſerant, vt eſt in hiſtor. Tripar. lib. 1. cap. 10. Sed hæc fuit pij principis ad ſancta caſtitatis Chriſtianæ vota propenſio.

ὦ βασιλεῖς] Omnem lapidem mouet Heſiodus, quò maiorem πιθανότητα ſibi adſtruat. Quos anteà ad Iuſtitiam beatæ vitæ ſpe incitauit, eoſdem in eo inſtituto corroborat metu Numinis, quod, appoſitâ προσωπογραφίᾳ, ad omnes omnium hominũ actiones præſentiſſimum ſtatuit, quanquam nu-

meroſè illud extulerit, vt ferebant illa ſecula.

ἤέρα ἑσσάμενοι] Diximus anteà quid hoc eſſet.

ὄφρ' ἀποτίσῃ] Vide paulò antè ad illud, πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει] Quo fortiore argumento poſſis ab iniuſtitia deuocari, quàm tui ipſius ſalute? Ecce docet Heſiodus fruſtrà in aliis opprimendis te occupari: nam hæc ſtudia in tuum caput olim cudentur, & quam aliis perniciē ſtruis, eadem in te recidet. Piget Eraſmi labores demetere. Is fuſè has γνώμας in Adag. perſequutus eſt, & illuſtrauit. Nobis mentem Heſiodi conſtare ſatis eſt.

πάντα ἰδὼν Διὸς] Hanc Numinis perſpicaciam in rebus humanis ſuprà commemorauimus, ad illū verſum, οὔπως ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι; & οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες.

νῦν δ' ἐγὼ] Ita conturbatur plerunque hominum animus, vt cùm felices ſucceſſus Iniuſtitiæ aſpirare videant, ipſam verò Iuſtitiam mergi, incipiant illi protinus deſperare, & à recta via ad ſinuoſos ſcelerum anfractus diuertere. Atqui par erat non ita facilè abripi, & poſtremos euentus, ac ipſam fabulæ καταστροφὴν, flexúmque metæ proſpiciente animo intueri.

Sic vox fœcunda Solonis
Reſpicere extremæ iuſſit ſpatia vltima vitæ:
ait Iuuenalis.

τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι] Proteruias potentiorum alienas ab ipſa hominum cōditione docet, & piſcibus ac feris conuenientiores. De piſcibus iam vidimus ſuprà ad illum verſum, νῦν δ' αἶνον βασι-

λεῦσ' ἐρέω, φρονέουσι καὶ αὐτοῖς. De feris id ita verum, vt hinc etiam inhumanitati feritatis inditum ſit nomen. Quod tamen itá intellige, tum piſces, tum feras in diuerſum à ſuo genus demum ſæuire ſolitas. Ita Plinius eleganter in lib. 7. Procœmio. *Nulli vita fragilior,* quàm homini: *nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confuſior, nulli rabies acrior. Denique cætera animantia in ſuo genere probè degunt: congregari videmus, & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petit ſerpentes, ne maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diuerſa genera, ſæuiunt. At Hercule homini plurima ex homine ſunt mala.* Hominem intelligit naturæ ſuæ manſuetæ oblitũ, & in feritatem pronum, de quo iure illud, *ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος*: non illud *ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον*. Feritatis autem remedium in Iuſtitia ſitum eſt, quâ tum ſuum cuique tribuitur, tum delicta coërcentur.

τῷ μέν τ' ὄλβον] Hæc *ἐπιμονὴ* monet, vrgeri nos ab Heſiodo ad ſtudium Iuſtitiæ continuata eius commendatione.

ψεύσεται] Veritas & Iuſtitia *συνωνύμως* enuntiãtur. Vlpianus in l. 1. §. familiæ. ff. de vi & vi arm. *verius*, dixit pro *æquius*, vt interpretatur V. C. Pet. Faber Iuriſconſultus, terſiſſimæ & laborioſiſſimæ eruditionis, vitæque integerrimæ (cuius ego memoriam abſentis ſanctè veneror, pro illa ſingulari amicitia & humanitate, qua me ille præſentem Toloſæ olim complectebatur) ad l. 90. ff. de regul. iur. Aduerto tamen idem occurriſſe G. Fabro fratri eius patrueli, in illa prima oratione, quã Regius Aduocatus in Senatu Pariſienſi habuit.

Vos gemella ingenia de tam leui gloriola nolite dimicare. Nec ita inſuetum hominibus inſcienter inter ſe conſentire vrgebat, non ita pridem Muretus aduerſus Lambinum. Sed hæc ἐκ παρέργου. Platonem quoque δικαίως καὶ ἀληθῶς promiſcuè, vnum alterius vice vſurpaſſe idem G. Faber annotabat. Heſychius ἀληθὴς interpretatur δικαία, ἢ δίκαιος. Et Iuſtitiæ olim veritas comes adpingebatur. Ex veritatis autem moderato vſu Iuſtitia probè adminiſtratur, quæ in diſpicienda rerum & negotiorum certitudine, & ſoliditate exploranda vnicè occupatur. Ex eiuſdem defectu periuria in ciuitate facilè increbreſcunt, quorum pœnas hîc Deo videtur Heſiodus relinquere, nimirum in illo profligato ſeculo, quo hæc ſcribebat. Nam alioqui ſeuerè olim in periuria animaduerſum eſt, morte nimirum, vt apud Ægyptios inquit Diod. Sicul. lib. 1. cap. 6. & apud Scythas teſte Herod. lib. 4. manuum & pedum mutilatione apud Indos. Cenſores etiam Romani periuria ſeueriſſimè vindicabant. Vnde mirum Imperatori Alexandro viſum Iuriſiurandi contemptam religionem ſatis Deum habere authorem: quanquam ſi quis per genium Principis iuraſſet, fuſtibus caſtigandus dimitteretur. Vnde Tertull. cap. 18. Apolog. *Citiùs*, inquit, *apud vos per omnes Deos, quàm per vnum genium Cæſaris peieratur*. Minutius Felix in Octauio, *Tutius eis eſt Iouis genium peierare, quàm Regis*. Sed hæc in Iureconſultorum ſubſelliis agitāda ſunt. Heſiodus periuria omnino, quaſi perniciem humanæ ſocietatis execratur: ac eam poſteritatis obſcuritate damnat: contrà verò in-

tegritatem commendat, quæ eſt virtus verè ὁμιλι-τική, & ſtabiliendæ vitæ aptiſſima, quòd illa circa τὸ ὂν occupetur. Eam rectè Socrates in Phædone Platonis, ſapiẽtiam eſſe dicit, & vitiorum καθαρμόν. Apage ergo vocem illam Hippolyti apud Euripidem;

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Fruſtrà enim veritatem animi mendacio tegis, & te ipſum tibi ſtatuis hoſtem, ac linguę officio, quę animi index eſt, ad vanitatẽ abuteris. Apage rurſum impium illum Dionyſium profitentem, talis pueros, periuriis decipiendos eſſe homines. Nos Heſiodo auſcultemus.

Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω μέγα, νήπιε Πέρση.
Τὴν μὲν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως, ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,
Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.
Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.
Ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς,
Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πιμπλῇσι καλιήν.
Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργὸς

Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμὴν,
Οἵτε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ,
Ἔσθοντες· σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν,
Ὡς κέ τοι ὡραίου βιότου πλήθωσι καλιαί.
Ἐξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.
Καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
Ἔσσαι, ἠδὲ βροτοῖς· μάλα γὰρ στυγέουσιν ἀεργούς.
Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δέ τ' ὄνειδος.
Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς,
Πλουτεῦντα. πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
Δαίμονι δ' οἷος ἔησθα. τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον,
Εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν
Εἰς ἔργον τρέψας, μελετᾷς βίου, ὥς σε κελεύω.
Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει.
Αἰδὼς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι.
Αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ.
Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτὰ, θεόσδοτα, πολλὸν ἀμείνω.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης ληΐσσεται (οἷάτε πολλὰ
Γίνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ
Ἀνθρώπων, αἰδῶ δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ)
Ῥειά τέ μιν μαυροῦσι θεοὶ, μινύθουσι δὲ οἶκοι
Ἀνέρι τῷ, παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.
Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην, ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξει.
Ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνοι,
Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου, παρακαίρια ῥέζων,
Ὅς τέ τευ ἀφραδίης ἀλιτρίνεται ὀρφανὰ τέκνα,
Ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
Νεικείῃ, χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
Τῷ δή τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν
Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
Ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμὸν,

Κὰδ δύναμιν δ' ἔρδειν ἱερ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν.
Ἄλλοτε δὴ σπονδῇσι θυέεσσί τε ἱλάσκεσθαι,
Ἡ μὲν ὅτ' εὐνάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ,
Ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν,
Ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.
Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.
Καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
Δώτῃ μέν τις ἔδωκεν· ἀδώτῃ δ' οὔ τις ἔδωκεν.
Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.
Ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε κἂν μέγα δώῃ,
Χαίρει τῷ δώρῳ, καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν.
Ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,
Καί τε σμικρὸν ἐόν, τότ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.
Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θαμὰ τοῦθ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὁ δ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν.
Οὐδὲ τό γ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.
Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.
Ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι, πῆμα δὲ θυμῷ
Χρηΐζειν ἀπεόντος, ἅ σε φράζεσθαι ἄνωγα.

Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι.
Μεσσόθι φείδεσθαι, δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μὴ δὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω,
Αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι.
Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώιον οἶκον
Φερβέμεν. ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι,
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων,
Ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.
Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.
Σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσι,
Ὧδ' ἔρδειν· ἔργον δὲ τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.

Cæterùm tibi ego bona ſciens dico, ſtultiſſime Perſa,
Malitiam quidem cumulatim etiam capere
Facile eſt: breuis quippe via eſt, adeoq; proxima.
Antè virtutem verò ſudorem dij poſuerunt
Immortales, longa verò atque ardua via eſt ad ipſam,
Primũq; aſpera, vbi verò ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinceps eſt, quantumuis difficilis fuerit.
Ille quidem optimus eſt, qui ſibi ipſe per omnia ſapit,
Cogitans quæcunque dein & poſtremò ſint meliora.
Rurſus & ille bonus eſt, qui benè monenti paruerit.
Qui verò nec ſibi ſapit, neque alium audiens
Animum adiicit, rurſum hic inutilis vir eſt.
Verùm tu noſtri ſemper præcepti memor,
Operare, ô Perſa diuinum genus, vt te fames
Oderit, amet autem pulchrè coronata Ceres,
Veneranda, victuq; tuum impleat horreum.

Fames namque perpetuò ignauo comes eſt viro.
Atque eūdē & dij oderūt, & homines, quicūque otioſus
Viuat, fucis aculeo carentibus ſimilis ſtudio,
Qui apum laborem abſumunt otioſi,
Vorantes. Tibi verò opera mediocria obire gratum eſto,
Vt tibi tempeſtiuo victu impleantur horrea.
Ex laboribus autem viri euadūt pecoroſi & opulenti.
Et laborans, multo etiam charior tam immortalibus
Eris, quàm hominibus: valdè enim oderunt otioſos.
Labor verò nullum dedecus, ſed ignauia dedecus eſt.
Quòd ſi laboraueris, mox te æmulabitur & otioſus
Diteſcentem: diuitias verò, & virtus & gloria comita
Deo autē ſimilis fueris. Laborare quidē melius, (tur:
Siquidem ab alienis facultatibus ſtolidum animum
Ad opus conuertens, victus curam habeas, vt te iubeo.
Pudor autem non bonus indigentem virum tenet.
Pudor, qui viros valde & lædit & iuuat.
Pudor quidē ad paupertatē, audacia verò ad diuitias.
Opes verò non raptæ, diuinitus datæ, multo meliores.
Si quis enim & manib⁹ per vim magnas opes traxerit,
Aut lingua ſpoliarit (qualia multa
Fiunt, quamprimum lucri amor mentem deceperit
Hominum, pudorem verò impudentia expulerit)
Facilè & illum obſcurant dij, minuuntur verò familiæ
Viro illi, exiguū verò ad tempus diuitiæ adſunt. (ciat.
Par eſt delictū, ſi quis & ſupplicē & hoſpitē malo affi-
Quiq; fratris ſui cubilia aſcenderit,
Secreti lecti vxoris importuna patrans: (ros,
Quiq; malo cuiuſpiam conſilio deceperit orphanos libe-
Quiq; parentem ſenem miſero in ſenectæ limine
Probris affecerit, grauibus inceſſens verbis:
Huic certè Iupiter ipſe iraſcitur, ad extremum verò

Pro operibus iniquis grauem exhibet talionem.
Verùm tu quidem ab his omnino cohibe ſtultũ animũ:
Pro virili autem ſacra facito immortalibus diis,
Caſtè & purè, ſplendidaq́ crura adurito.
Interdum certè libaminibus atque hoſtiis placa
Et quando cubitum ieris, & quando lux ſacra venerit,
Vt beneuolum erga te cor atque animum habeant,
Vt aliorum emas ſortem, non tuam alius.
Amicum ad conuiuium vocato, inimicum vero ſinito.
Eum verò potiſſimum vocato, quicũq́ te propè habitat.
Si enim tibi & negotium aliquod domeſticum accidat,
Vicini diſcincti accurrũt, cingũtur autẽ cognati. (dũ.
Noxa tã magna eſt malus vicinus, quãtũ bonus cõmo-
Sortitus eſt præmiũ, quicũque ſortitus eſt vicinũ bonũ:
Neque ſanè bos interierit: niſi vicinus malus ſit.
Recta quidẽ mẽſura à vicino mutuum accipe, rectaq́
Eadem mẽſura: & amplius, ſiquidem poſſis: (redde,
Vt indigens & in poſterum promptum inuenias.
Ne mala lucra captes: mala lucra æqualia damnis.
Amantem te ama, & iuuantem te iuua.
Et da ei qui dederit, neque da qui non dederit.
Datori namque eſt qui dat, non danti verò nemo dat.
Donatio bona, rapina verò mala atque letifera.
Quiſquis etenim liberalis vir eſt, etſi multum dederit,
Gaudet donando, & delectatur ſuo in animo.
Qui verò ipſe rapuerit, impudentia fretus,
Quamuis id ſit exiguum, tamen vexat eius animum.
Siquidem enim & paruũ paruo addideris (euaſerit.
Et frequenter iſtuc feceris, mox quidem magnũ & hoc
Qui verò partis adiicit, is vitabit atram famem.
Neque verò quod domi repoſitum eſt, virum lædit.
Domi melius eſſe, quoniam noxium quod foris eſt.

Bonum quidem de præſenti capere, noxa verò animo
Egere abſentibus: id quod te cogitare iubeo.
Incipiente verò dolio, & deſinente ſaturato te,
Medio parce, moleſta enim in fundo parſimonia.
Merces autem viro amico cõſtituta ſufficiens eſto.
Etiam cum fratre ludens, teſtem adhibeto:
Credulitas pariter ac diffidentia perdiderunt homines.
Ne verò mulier te animo nates ſuccincta decipiat,
Blanda garriens, tuum inquirens tugurium.
Qui namque mulieri cõfidit, confidit is quidẽ furibus.
Vnicus verò filius ſeruarit paternam domum,
Paſcendo. ita enim opulentia creſcet in ædibus.
Senex autem moriaris, alium filium relinquens.
Facilè verò & plurib⁹ præbuerit Iupiter ingẽtes opes:
Maior autem plurium cura, maior quoque acceſſio.
Tibi verò ſi opes animus appetit intra ſeſe,
Sic facito, operamq́; operæ ſubinde addito.

COMMENTARIVS.

τὴν μὲν τοι κακότητα] Quod in re metallaria monet Strabo, τὰ μὲν τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία ἀνάγκη τραχέα τε εἶναι καὶ παράλυπρα, in virtute verè obtinet. Illa per multos ſudores comparatur, cùm alioqui ſceleratum viuendi genus ſit in procliui, & penè ad manum. Videndus Eraſmus in Adag. δύσκολα τὰ καλά. Quæ diligentius examinata eò maximè conducunt, ne nos à tam precioſæ rei lucro obiecti labores deterreant. Hâc iter ad laudem Herculi, hâc Theſeo, hâc Iaſoni, vt tu reliquos ex veterum monumentis, ſi voles, eruas. Natura nos ad vitia proniores omnino facit, ſed cohibent hos impetus labor & induſtria, quibus virtutem com-

parari Athenienſes exiſtimabant, vt eſt apud Plat. in Protagora. At hoc eſt in operoſo illo virtutis negotio παραμυθικὸν, quòd illa poſt immenſos illos labores facilem ſe & quaſi obuiam præſtat. Iam ſi prudentis eſt in longitudinem ita proſpicere, vt rerum exitus potiſſimùm ſpectetur, nihil eſt quod à virtutis ſtudio ſudorum metu aut tædio deuoceris, cùm tu in huius montis faſtigio, quò tanto anhelitu contendis, placidam quietem & mira animi ſolatia percepturus ſis. Denique omnia à Deo ita ſunt conſtituta, vt præſtantiora quæuis difficilius acquirantur, quàm quæ ita nullius ſunt pretij, vt vulgi pedibus, & animis humilioribus proterãtur. Ferrea ſunt & ſaxea virtutum veſtibula, quæ ſi aſſidua contentione perfregeris, aurea te & mellea vita penitus circumfluet. Animos tãtùm ne deſpondeto. En quid Epicharmus,

τῶν πόνων πωλοῦσι βροτοῖς πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί.

En quid Xenophon ἀπομν. β. τῶν ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. Orpheus,

οὐ γὰρ ἄτερ καμάτοιο τέλος μύθοισι καὶ ἔργοις
εὐρυόπα κρονίδης ἐθέλει δόμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
ἐς δύσιν ἀναπνεῦντες ἀν' αἰθέρα λαμπετόωσαν
ἠέλιον φαέθοντα ἐφ' ἅρματι πῶλοι ἄγουσι.

οὗτος μὲν πανάριστος] Qui ſana mente ſic prępollet, vt ſibi poſſit ad ſuæ vitæ moderamen αὐταρκὴς eſſe, nę ille virtutis omnes numeros abſolutos in ſe cõtinet: ſed quia nemo ita planè ſapit, vt alienis non indigeat conſiliis, hoc quoque ad ſanæ illius mẽtis ἐντελέχειαν requiritur, vt iis cùm opus fuerit facilem ſe & obedientem ferat. Hoc vult Heſiodus,

vel potiùs ita ſentit, quoſdam ita quidem à natura informatos, vt per ſe ad virtutem minimo negotio accedant, eq nomine meritò πανάειστοι, vtpote quibus ad benè viuēdum nihil deſit: quoſdā verò his dotibus deſtitutos, ea tamen eſſe ingenij facilitate & manſuetudine, vt ſalutaribus præceptis aures accommodent: quæ cùm ad culmē abſolutæ illius naturæ iter ſternere videatur, ἐσθλῶν quoque appellationem merentur. Hi cùm non ſint αὐτοδίδακτοι, alienam opem & induſtriam non aſpernantur. Quibus verò vtrumque à natura denegatum eſt, iure dicuntur ἀχρήιοι, & ad recta vitę ſtudia minimè omnium idonei.

ἐργάζευ.] Satis conſtat ex ſuperioribus, eum qui inculpatas opes ſibi congeſturus eſt, tutiùs de laboribus, quibus eas comparet, cogitaturū, quàm ſi animum ad deſidiam, & porrò ad rapinas conuerterit. Primùm homines id maximè ſtudent, vt alimentis ad vitæ ſuſtentacula neceſſariis minimè indigeant, ea tibi cum innocentia tellus laboranti proferet: hanc excole, & illa neque tua vota, neque operam tuam facilè deluſerit. Quantus fuerit honos agriculturæ, licet ex ſacris, licet ex prophanis monumentis annotare. Hæc princeps cura homini demandata, hoc commendatum ſtudium, quaſi parenti ſuæ (*nam huic vni*, inquit Plin. 2. 63. *rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis*) θρεπτήρια reddituro, vt qui ex ea effictus eſſet, in eiꝰ amore & cultu verſaretur, in qua Deus vt primordia, ſic fomenta mortalitatis collocauit. Et quanquam illa ante lapſum primi parentis liberiùs fœ-

cunditatem ſuam explicuiſſe videatur, tamen & in ea occupatum illum verè à Moſe narratum eſt, & illi ab integritate ſua deſciſcenti, oneroſior tãtùm eſt eius excolendæ impoſita neceſſitas, ita vt cuiuſcunque temporis rationem habiturus ſis, deſidiæ crimine non ſe liberet qui ſtudium illud abiicit. Occlamet hîc aliquis, & perturbata ciuilis vitæ munera arguat, ſi ad agricolationem homines promiſcuè inuitantur. Sed nos quod eximiũ, quod præſtantiſſimum eſt in vita cæteris omnibus anteponimus, ídque maximè quo, (vt dicebat Cato apud Tullium) nihil eſt vſu vberius, nihil ſpecie ornatius, & Tullius ipſe 1. Off. *Omnium rerum*(inquit)*ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.* Socrates apud Xenophontem in Oeconomico, exemplo Cyri docet quàm regale ſit ſtudium agri colendi, id ipſum Reges Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus, Pœnus, Mago, & ipſe Xenophon, rei ruſticæ doctores apud Plinium comprobant, cuius locus rurſum elegantiſſimus, & huius conſortio dignus. Veterum Romanorum circa agriculturam ſtudiũ lib. 18.3. ſic commendat. *Quænam ergo*(inquit) *tantæ vbertatis cauſa erat? Ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri(vt fas eſt credere)gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eâdem cura ſemina tractabant, quâ bella, eâdemq́ diligentia arua diſponebant, quâ caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætiùs proueniunt, quoniam & curioſiùs fiunt.* Beata illa ſecula, quibus cum hoſte tantùm bella gerebantur, pax alta in Republica curis ru-

ſticis, vel ipſos populi Principes quaſi virtutis præmio, & meritæ quieti addicebat. Quæcũque reliqua ſunt in ciuitate munera, difficiles & inſolentia effræni populos arguunt, in quibus cõpeſcẽdis & caſtigandis, occupari potentiores ita neceſſe viſum eſt, vt iam ſecuriorem & pacatiorem illam ruſticationis vitam, ſoli vincti pedes, damnatæ manus, inſcriptíque vultus exerceant, vt ait idem Plinius. Mancipiis, inquam, relicta illa beatitas, dum nos falſo libertatis titulo intumeſcentes, miſerè tamen ciuilibus turbis inſeruimus. Equidem Platoni facilè ſubſcripſerim dicenti, 1. de Repub. κινδυνεύει πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν, εἰ γένοιτο περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥσπερ νῦν τὸ ἄρχειν. Ambimus hoc tempore vrbicas dignitates, quia deplorato viuimus ſeculo, in quo deteriorum imperia declinamus, cùm ipſas dignitates, ſi aurea ætas redierit, omnino ſimus declinaturi, & agriculturæ adoream capturi. Natus omnino homo ad labores, ſed maximè ad ruſticos: cæteri qui ex aliâ quauis cauſâ nobis obtingunt, etiamſi ad rem familiarem faciunt, verè ſunt peregrini, & ab ipſius naturæ inſtituto alieni. Hoc addamus, agricolas tanti fuiſſe apud veteres, vt ex iis fortiſſimos viros, & milites ſtrenuiſſimos gigni, miniméque malè cogitantes dixerit, Plin. 18. 5. poſt Catonem in ipſo libri de re Ruſtica limine. Sic Veget. de re milit. 1.3. de hac parte nunquam credit potuiſſe dubitari, aptiorem armis ruſticam plebem, quæ ſub diuo & in labore nutritur, ſolis patiens, vmbræ negligens, balnearum neſcia, deliciarũ ignara, ſimplicis animi, paruo contenta, duratis ad omnem

omnem laborum tolerantiam membris: cui geſtare ferrum, foſſam ducere, onus ferre conſuetudo de rure eſt. Ariſtoteles quoque 1. Oeconom. *τὴν γεωργικὴν πρὸς ἀνδρείαν συμβάλλεσθαι μεγάλα*, dixit, *οὐ γὰρ ὥσπερ αἱ βάναυσοι τὰ σώματα ἀχρεῖα ποιοῦσιν, ἀλλὰ δυνάμενα θυραυλεῖν καὶ πονεῖν· ἔτι δὲ δυνάμενα κινδυνεύειν πρὸς τοὺς πολεμίους. μόνον γὰρ τούτων τὰ κτήματα ἔξω τῶν ἐρυμάτων ἐστί.*

λιμὸς γάρ τοι] Duo ſunt quæ ignauiam comitantur, *λιμὸς*, id eſt *τῶν ἐπιτηδείων λεῖψις καὶ ἔνδεια*, & odiũ Deorum & hominum. Vtrumque adeò homini defugiendum, vt qui horum metu non perculſus, ingenium & manus ſuas torpêre patitur, omnem humanitatis ſenſum exuiſſe meritò ſit exiſtimandus. Habes à natura, vt tê ſeruatum velis, ſeruari per inediam non potes, quia ita ſumus ab illo primario opifice conſtituti, vt hic corporum noſtrorum ad ſingula momenta collabentium, & ad interitum aſſiduo quodam impetu deproperãtium, ſtatus ſubinde redintegrandus ſit. Inedia autem ſolo alimentorum adminiculo indiget, alimenta ex ipſis terræ (quam benignam, mitem, indulgentem, vſuſque mortalium ſemper ancillam, rectè vocat Plin. 2.63.) viſceribus tuo tibi labore ſunt quodammodo extorquenda. En quos tibi fructus labores illi tantopere commendati, ac ſæpiculè inculcati proferant, vt ad famelicorum anguſtias nunquam adigâre. Quin operi te alacriter accingis, & tantæ ſpei conſummandæ inuigilas? Iam verò Deus cuius ea eſt maximè apud nos gloria, quòd aſſiduus ſit mundi opifex, vt loquitur de eo Apuleius 2. Apolog. non poteſt ignauiam homi-

num non deteſtari. Hinc illud Varronis, Dij facientes adiuuant: ergo non eos quibus αἰὲν ἑορτὰ, vt inquit Theocritus, & quorum *Neglectis urenda filix innaſcitur agris*, vt eſt apud Flaccum: aut de quibus illud Homericum dici poſſit Odyſſ. υ.

νῦν μὲν τινα τοῦτον ἔχεις ἐπίμαστον ἀλήτην
σίτου καὶ οἴνου κεχρημένον, οὐδέ τι ἔργων
ἔμπαιον, οὐδὲ βίης, ἀλλ᾽ αὔτως ἄχθος ἀρούρης.

aut qui ſedent Achillis inſtar, qui ſe ipſum ea de cauſâ apud Homerum Iliad. σ. ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης candidè profitetur. Nemo meliùs Laconibus quã ſit infeſta Numini deſidia expreſſit, apud quos Dij omnes haſtati effinguntur. Quod quidem ad belli peritiam omnibus Diis tribuendam facit, ſed quod illorum imaginibus addebatur, quantum labores Dij ipſi diligant docet. ἐπιλέγουσι δὲ (inquit Plutarchus) καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι, τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν, ὡς δέον ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεοὺς μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν, ἄλλως δὲ μή. Rideas meritò eos, qui compreſſis manibus omnia ſibi virgulâ diuinâ obuentura credunt, & optant. Id enim vt interdum accidat, ſatis raritate ſua animos hominum ad certiora & frequentiora compellit. Prudentiæ eſt à dubio & inexplorato rerum euentu minimè pendêre, vbi induſtriæ & labori locus eſt. Rectè itaque Pindarus, πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον, οἵ τε πόνων ἐγεύσαντο, σὺν θεοῦ δὲ τύχῃ. Queri ab hominibus opes vult Deus antequàm acquirantur, at porrectis pedibus, & ſupinus illas qui querat inter mortales quærendus non eſt, laboribus à paupertate ad diuitias enitendum eſt. Hoc ipſum amant homines, ſed ij demùm qui Deo quàm ſimiles fieri

ſtudent, & à deſidia ad *φιλοπονίαν* toti ſeſe applicant. Hi iidem ignauos odêre, quorum id maximè eſt proprium, vt alienos labores & operas depopulentur: quod apum & fucorum comparatione rectè hîc docuit Heſiodus. Sic Varro de apibus lib.3. cap.16. *Neque ipſæ ſunt inficientes, nec nõ oderunt inertes. Itaque inſectantes à ſe eiiciunt fucos, quòd hi neque adiuuant, & mel conſumũnt, quos vocificãtes* (alij *vociferantes*, ſed non muto) *plures perſequuntur, etiam pauca.* Plin. 11. 11. ait apes fucis imperare, eóſque primos in opera expellere, tardantes ſine clementia punire, & à fucis eas iuuari, non ſolùm in opere, ſed & in fœtu, multum quoque ad calorem conferente turba. At cùm mella cœperunt matureſcere, apes abigunt eos, inquit, multæque ſingulos aggreſſæ trucidant. Hæc fermè ille.

κηφήνεσσι κοθούροις] Heſychius κηφῆνα, dicit μυῖαν ἄκεντρον ἀργὴν μὴ γεννῶσαν, & κηφῆνας τοὺς ἄρρενας τῶν μελισσῶν ἀπεράκτους. Suidas ἀργίαν μέλισσαν. Non mouero faſtidium lectori πολυφιλομαθεῖ, ſi Beliſarij iocum ex his ipſis inſectis, & eorum epitheto deductum poſt eundem Suidam repetiero. Beliſarius prædæ ſeruandæ deſtinatus, ξὺν γέλωτι εἶπεν· οὐ δίκαιον τοὺς κηφῆνας μὲν ὑφ' ἑτέρων πόνῳ μεγάλῳ ἀπολαῦσαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾶ ταλαιπωρίᾳ ὀνίνασθαι; τοῦτο δὲ εἶπε φυλάσσων τὴν λείαν ὅπως ἀξίως διανέμοιτο, καὶ κηφήνεσσι κοθούροις, τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον, οὗροι γὰρ οἱ φύλακες, κόθουροι οὖν οἱ τὰς θύρας φυλάσσοντες. Alij verò τοὺς κηφῆνας aiunt eſſe, τοὺς ὑδροφόρους τῶν μελισσῶν, & dici κοθούρους παρὰ τὸ κάθειν τὴν οὐρὰν, à condenda cauda & aculeo, quia ἄκεν-

τρα ſunt hæc inſecta.

πλούτῳ δ' ἀρετή] Huic voci facilè omnes Philoſophorum familiæ bellum indixerint, quibus vt plurimum extra, imò ſupra ipſas diuitias, collocanda viſa eſt beatitas. Et abſit vt hic næuus ſit Heſiodeus, aut ſcopulus in quem nos vel tantillum impingamus. Poſſimus graues illas opum λοιδορείας hinc inde corradere, & prædâ alienâ onuſti molem his commentariis nouam imponere, ſed Heſiodus ne ab ipſis quidem Philoſophis diſcrepat. Qui ſic vitam inſtitui volunt, vt mergantur à nobis diuitiæ, ne nos mergamur ab illis, nuda præceptorum ratione, nudam quoque eandem vitam videntur nobis obtrudere. Nec eſt κτῆσις diuitiarum per ſe odioſa, ſed κατάχρησις. Et ita comparatum eſt, vt ſine illarum adminiculo, hoc quantulumcunque vitæ eſt facilè collabatur, nec quidem ipſa virtus egenis ita fit obuiam vt à diuitibus, ſi velint, velociſſimè non præuortantur. Poſſit eſſe ἀμφοτερόδεξιος hæc diſputatio, ſed nos à communi ſenſu non ita diſcedimus, vt amemus μετεωρολογεῖν. Accommodata mortalitati loquimur, & neceſſitatum adamantinis vinculis libera hominum ingenia eſſe volumus.

„ *Non facilè emergunt quorum virtutibus obſtat*
„ *Res anguſta domi.*

Rectè Plato in ſua Republica lib.4. vtrumque defugiendum eſſe ſanxit, diuitias, inquam, & paupertatem: ὡς τοῦ πλούτου μὲν, τρυφήν τε, καὶ ἀργίαν, καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντος· τῆς δὲ πενίας ἀνελευθερίαν, καὶ κακοεργίαν, πρὸς τῷ νεωτερισμῷ. Diuitias autem eas hîc intelligimus, quas labores noſtri nobis conciliant,

& potiſſimùm ruſtici: quæ mox Heſiodus χρήματα ϑεόσδοτα vocabit. Liberè enim fatendum, vix alios quoſcunque labores, præter ruſticos, ab illis humanæ prauitatis næuis abeſſe. vtique plana innocentia in agricultura regnat.

δαίμονι δ' οἷ☉ ἔησθα] Diuitiarum ſplendor hanc opinionem & famam homini conciliat, vt inter reliquos, tanquam eximius, pro Deo cenſeatur. Numinis enim peculiare officium eſt, hominibus eſſe adiumento, vnde quoque Ioui nomen: quod cùm in locupletum poteſtate ſitum ſit, rectè Deo cōparari poſſint: vnde illud ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον: quæ diuinæ beatitatis & munificentię veluti adūbratio eſt, & germana imago. Vide Eraſmū Chil.1.Cent.1.69. Hinc illud apud Straboné lib. 10. εὖ μὲν εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν.

αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ] Telemachus apud Homerum Odyſ. σ. verſum huic penè ſimilem, & quaſi παρῳδημένον protulit, αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ. Inopiæ comes eſt hic pudor, adeò natura ipſa quantumuis nuda opum ornamenta depoſcit, & eam paupertatis ſuæ mirè piget & pudet. Hoc κύπτειν dicunt Græci in illo prouerbio, κύπτει ὥσπερ πίλεφ☉, cuius paupertas Comicis Amphidi & Timocli eſt obſeruata.

αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας] Si rectè ſentit Cato apud Tullium, Homérum multis ſeculis antiquiorem Heſiodo, facilè crediderit, tum priorem illum, tum hunc verſum ad Homeri imitationē παρῳδῆσαι. Sic enim Homerus Iliad. ω. de Achille,

-- οὐδέ οἱ αἰδὼς

γίνεται, ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν.

Videtur autem quod ad hunc locum attinet, hoc *ἐκ παρέλκου* additum, cùm minimùm ad rem præſentem faciat, vt ſolent pleraque eiuſmodi apud Poëtas, Græcos potiſſimùm, identidem inculcari. Nocet autem pudor, qui ita pauperes conſtringit, & vt ita dicam ſui mole obruit, vt ne ad leuiora quidem vitæ ſubſidia petenda animos attollāt. Eo fuiſſe ingenio notatur Apelles Chius, cui furto ingenuo opitulatum Arceſilaum prodit Plut. in lib. de adulat. & amici diſcrimine. Iuuat idem pudor, cùm perfrictæ frontis alioqui homines, ſui fœditate compeſcit. Videndus idem Plutarchus in libello *περὶ δυσωπίας.*

χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά] Per *ἐπιμονὴν* repetitam, vrget modum legitimum comparandarum opū, quem in agricultura ſtatuit, ita vt à violento illo & vulgari rapiendæ alienæ ſubſtantiæ inſtituto, dehortetur.

αἰδὼ δέ τ' ἀναιδείη] Hîc pudorem illum commendat, de quo anteà dixerat *ἠδ' ὀνίνησι* : cui opponit *τὴν ἀναίδειαν*, qua nempe ad omnem flagitiorum libidinem effrænes homines erumpūt, & nullis verecundiæ cancellis coërcentur.

ἶσον δ' ὡς ἱκέτην] Scelerum quorundam enumeratione, illius *ἀναιδείας* incommoda attendentibus annotat. Quanta fuerit apud veteres ſupplicum & hoſpitum reuerentia, olim in Hōmero obſeruauimus. Ad ſupplices, clementia, ad hoſpites, fides pertinet, ad thorum fraternum, caſtitas, ad orphanorum rectam adminiſtrationem, æquitas, ad parentum ſenum reuerētiam, pietas. Qui con-

trà nituntur, Deum habent vltorem.

καδδύναμιν δ' ἔρδειν] Pietatem erga Deos vrget, quæ ipſi etiam antiquitati in ipſa caligine emicuit. Iam verò ad opus ſe accingentibus, & opes ſibi labore comparaturis, hoc Deorum cultu præeundum eſt, ſiquidem θεοὶ δωτῆρες ἐάων crediti tum Homero, tum ipſi Heſiodo. Et Socrates Platonicus in Euthyphrone, οὐδὲν ἔστιν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὅ, τι ἂν μὴ ἐκεῖνοι (θεοὶ) δῶσιν. Eos ergo meritò tibi cõcilies, à quorum liberalitate tota tua felicitas deriuanda ſit. Sed caue ne quid vltra vires tuas Numini offerẽdum putes: ad earum modum reſtringitur hæc pietas Heſiodea, quæ alioqui & moderata eſſe debet. Caſtitatem huic pietati admiſce, quaſi animam corpori: denique incipiente & deſinente luce, iterandi iſti ritus, illo tempore quaſi εὐκτικῷ, iſto quaſi εὐχαριστικῷ. Plato his fermè conuenientia ſanciebat Leg. 12. θεοῖσι δὲ (inquit) ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. Mox omnia metallorum genera à ſacris ſuis arcet, ſolum lignum & lapidem ad Deorum imagines admittit, ſummo frugalitatis ac ſimplicitatis argumento. Tullianę leges ad Platonicum typum penè effigiatæ, id ipſum in fronte habẽt: *Ad Diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento, Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.* Quidni? Nam & θεοὺς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων φροντίζειν, perſuaſum eſſe ciuibus ſuis vterque Legiſlator voluit, & noſtro Heſiodo viſum eſt.

ἁγνῶς καὶ καθαρῶς] *Caſtè iubet lex*, inquit Tullius, *adire ad Deos, animo videlicet in quo ſunt omnia, nec tollit caſtimoniam corporis: ſed hoc oportet in-*

telligi, cùm multùm animus corpori præſtet, obſeruetúrque, vt caſto corpore adeatur, multo eſſe in animis id ſeruandum magis: nam illud vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur, animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus vllis elui poteſt. Hanc maximè puritatem & ſanctimoniam depoſcit Numen, in ipſa etiam vilitate ſacrificiorum. Rectè enim poſt prælatos Lacedæmonios, ea in parte Athenienſibus, vel ipſius Ammonis oraculo Socrates in Alcib. 2. οὐ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν ὥστε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι, οἷον κακὸν τοκιστήν. Et mox, Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη εἰ πρὸς τὰ δῶρα, καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοὶ, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ἂν τυγχάνῃ· πολλῷ μᾶλλον (οἶμαι) ἢ πρὸς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε, καὶ θυσίας, &c.

τὸν φιλέοντ᾽ ἐπὶ δαῖταν] Duo ſunt hîc obſeruanda, cultus amicorum, & inimicorum odium. Amicos omni officiorum, atque adeò conuictus viciſſitudine proſequi iubet te ipſa lex humanitatis: & cōtrà cum inimicis alere ſimultates, alieniſſimum ab ipſo candore, cui maculas non facilè abluēdas inuſſeris, ſi eos in tui conſortij penetralia admiſeris, quos tu alioqui tibi infenſos, aut quibus te infenſum credis. Aperta fronte amicum excipe, inimicum depelle, nec animum tuum vultus decipulis & larua ementire. Ex hoc loco aptiſſimè Plutarchus docet, nō debere nos per vitioſam illam, quæ multis alioqui religionem non leuem incutit, δυσωπίαν inimicis ita permiſceri, vt iis nocumenti nobis inferendi anſam obiiciamus. Locus eſt elegans & notari dignus, περὶ δυσωπίας, οὐ γελοῖον ἦν, ὥς φασί τινες, οὐδὲ ἀβέλτερον, ἀλλὰ σοφὸν τὸ τοῦ Ἡσιόδου,

τὸν φιλέοντ᾽ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ᾽ ἐχθρὸν ἐᾶσαι, μὴ δυσωποῦ τὸν μισοῦντα, μὴ δ᾽ ὑπέκβαλε προδιδόντα δοκοῦντα, κληθήσῃ γὰρ καλέσας, καὶ δειπνήσεις ἂν δειπνήσῃς, ὥσπερ βαφὴν τὴν φυλάττουσαν ἀπιστίαν μαλαχθεῖσαν αἰσχύνῃ περιέμενος.

τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν] Inter amicos principem locum obtinent vicini, vtpote ad opem ferendam paratiores. In agro comparando potiſſimùm ſpectãda probi viri vicinitas. Ita Themiſtocles apud Plut. χωρίον πωλῶν ἐκέλευσε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει. Mirum Plinium hoc præceptum Catoni tribuiſſe, quod ſe ſua antiquitate ſatis aliunde probabat. *Et in primis*, inquit, *Catonis humaniſſimum & vtiliſſimum* præceptum, *Id agendum vt diligant vicini.* lib.18.cap.6. Huc referre poſſis illud apud Athenæ.4. τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι. Eos propriè in amicorum numero recenſemus, quorum operâ commodiùs vti poſſumus, aut iis noſtram viciſſim rependere. Abſentia plerumque obliuionem inducit, aut ſegniorem curam, mutuas illas ſanè affectiones, vt loquitur Apuleius, interrumpit: vtique præſentibus magis gaudemus, & iuuamur, & in eorum proinde fouenda conſuetudine nobis maximè elaborandum. Vidẽdus Columella poſt Catonem de vicinia agrorum differens, lib.1.cap.3. Poſt vtrumque Eraſmus Chil.4.Cent.5.1. Et Chil.1.Cent.10.73. His tibi totus hic locus illuſtrabitur: quanquam verè Heſiodus reliquis omnibus lampada tradiderit.

εὖ μὲν μετρεῖσθαι] Cohæret hoc cum præcedentibus, quibus ad vicinorum conſortia ipſo etiam conuictu alenda impellebaris, vt eorum opera, quando ita res ferent, ad manum tibi ſit. Iam ac-

cepto beneficio id maximè tibi cauendum eſt, ne in eo rependendo ignauus, aut parcus videare. Eadem liberalitate, eadémque alacritate animi ad gratiam referendam enitaris oportet, ſi qua tibi æqualitatis, quæ maximè in amicitia regnat, cura eſt. Quid, quòd & tibi intra illas æqualitatis metas non eſt conſiſtendum? Maiora vtique repende, & beneficium acceptum fœnore tuo conduplica, ne tu quaſi præſcriptis anguſtiarum illarum finibus, coërceri velle cenſeare. Effundit ſe totam, ſi qua vera eſt, & germana gratitudo, & æquari ſe nedum vinci ægrè patitur. Sola ἀδυναμία huic animo impedimenta poteſt obtrudere. Itaque ſi hæc non arctat, cum libero amico liberiùs age, & non paribus, ſed fortioribus & auguſtioribus officiorum copiis quaſi dimica, & tempore victus numero vince. Latiſſimus hic diſputationis campus. Numquid enim hac vtilitatis ratione veras metimur amicitias, & per ſe iam virtutem iſtam non amamus; non conſectamur, ſed ad vitæ noſtræ commoda detorquemus? Aliud eſt, inquam, hominem ſolum, aliud in media ſocietatis viciſſitudine collocare. Homo per ſe conſideratus ad virtutis amorem ſola illius vi impellitur, nec amicitias quidem emolumenti gratia colit, ſed quia hoc ipſum honeſtum eſt, ac proinde nulla cum vtilitate verè comparandum. Amat, non vt ſe, ſed vt alios amet: alioqui qui alios ſui cauſa diligit, non tam alios quàm ſe ipſum diligere videatur, & ceſſabit genuinus ille amoris impetus, qui totus extra ſe ad alios porrigitur, & iis quaſi excentratum à mediis viſceribus in calorem

afflat, qui ſi ad eadem viſcera reflectatur, deſinit peregrinari, & in ſua primigenia ſede habitat. Sin verò hominum ſpectas commercia, quæ mutua officiorum conſeruatione ponderantur, cum Socrate cum execrêris, qui primus vtilitatem à natura ſeiunxit, inquit Tull. 1. de legib. *Id enim querebatur Socrates, eſſe caput exitiorum omnium. Unde enim illa Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα; ex quo perſpicitur, cùm hanc beneuolentiam tam latè longéque diffuſam, vir ſapiens in aliquem pari virtute præditum contulerit, tum illud effici, quod quibuſdam incredibile videatur, ſit autem neceſſariũ, vt nihilo ſeſe plus quàm alterum diligat.* Hoc ἐράμιλλον contentionis inter amicos genus, docebit te argutiſſimus Seneca in libris de Beneficiis. Rectè Plut. lib. περὶ πολυφιλίας, & huic loco aptè, ne Poëtę quoque ab ipſis ſagacioribus Philoſophis (qualem ego Plutarchum agnoſco) diſcrepare videantur, ἡ ἀληθινὴ φιλία (inquit) τρία ζητεῖ μάλιστα, τὴν ἀρετὴν ὡς καλὸν, καὶ τὴν συνήθειαν ὡς ἡδὺ, καὶ τὴν χρείαν ὡς ἀναγκαῖον. δεῖ γὰρ ἀποδέξασθαι κρίνοντα, καὶ χαίρειν συνόντα; καὶ χρῆσθαι δεόμενον. Hũc quoque locum perſtrinxit Tullius. 1. Off. *Quòd ſi ea quæ acceperis vtenda maiore menſura, ſi modò poſſis, iubet reddere Heſiodus, quidnam beneficio prouocati facere debemus? Annon imitari agros fertiles, qui multò plus afferũt quàm acceperunt? Etenim ſi in eos quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre, quales in eos eſſe debemus qui iam profuerunt?* & idem in Bruto, *Illud Heſiodium laudatur à doctis, quòd eadem menſura reddere iubet quæ acceperis, aut etiam cumulatiore ſi poſſis.* Cumulatiſſimæ in hanc rem diſputa-

tiones Ethicæ Ariſtotelis.

μὴ κακὰ κερδαίνειν] Idem Sophocles,

οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν,
ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.

Vide Eraſ. Chil. 3. Cent. 3. 52. Malè autem lucrantur homines, qui alieno diſpendio fieri amãt locupletiores, quod potiſſimùm caueri vult Heſiodus. Argutè tamen Seneca lib. 6. de Benef. cap. 38. omnes idẽ velle, idem optare docet. *Cui enim* (inquit) *non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellum optat: Agricolam annonæ caritas erigit: Eloquẽs captat pretium ex litium numero: Medicis grauis annus in quæſtũ eſt: Inſtitores delicatarum mercium, iuuentus corrupta locupletat: Nulla tempeſtate, nullo igne lædantur tecta, iacebit opera fabrilis.* Sed hæc, vt diximus, argutè, quæ alioqui reuera non tam malum, quàm neceſſarium lucrũ ſpectant, quanquam & in his peccari poteſt, vt & in reliquis vitæ partibus. Animum omnino integrum & inculpatum quærimus, qui ſi adſit, ab illa deterioris & damnoſi lucri opinione abeſſe potes. Non ergo verum illud Veſpaſiani, cuius meminit Iuuenalis, *lucri bonus eſt odor ex re Qualibet*, non illud Sophoclis, quod eſt apud Athen. lib. 3. *μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν.*

τὸν φιλέοντα] Moribus hominum accommodatum præceptum. Mutuis officiis aluntur, & adcreſcunt amicitiæ, modò illa bene ſint collocata, id eſt apud gratos animos, & ad *ἀντέχειν* propenſiores. Tunc, inquam, ſeris vt metas, & iam beneficiorum liberalitatẽ per ſe non amas, vt paulò

antè dicebamus? Imò hæc eſto communis tam conferenti quàm referenti regula, vt ille otioſam beneuolentiam, hîc ἀχάειςτ eſſe minimè patiatur. Totus hic locus eò redit, vt tum cautè in meritos conferantur beneficia, tum vt candidè referantur. Illud liberalitatis, hoc gratitudinis argumentum eſſe. Denique vt ſit homo amico amicus. Huc pertinent illa Theocriti,

» ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσῳ ζύγῳ, ἦ ῥά τότ' ἦσαν
» χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅτ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς.

Iam ſi debita amicis officia, inimicis tribuis, peccas in legem τοῦ καθήκοντος, & perituram fruſtrà iactas liberalitatē, quicquid Stoica porticus apud Senecam, quaſi ſupra humanas mentes conſtituta, vrgeat. Nos omnino ea quæ ad vulgare & tritum vitæ inſtitutum accommodantur, hîc monemus, quaſi inter homines victuri, à quibus humani nihil alienum, & iſta ἤθη φυσικὰ ingenita ſunt, & familiaria, quæ eradicare qui volet, naturam ipſam penitus tollere velle videatur. Huc quoque pertinet illud Græcorum χάρις χάριν τίκτει, apud Æſchylum, & illud Epicharmi in Axiocho,

ἁ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα νίζει, δός τι καὶ λάβοις τι.

Et illud apud Suidam ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Ariſtot. 9. Nicom. vtilitatem ab amicitia quoque non ſeiungit, καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ (inquit) ἡδεῖς ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον· καὶ γὰρ πιστοὶ ἀλλήλοις οἱ ἀγαθοί. Quanquā inter eos minus diuturnam vigere amicitiam dicat, qui ſola vtilitate nituntur. Nos vno verbo abſoluamus, Non eſſe cauſam amicitiarum in vtilitate conſtituendam, ſed veros & germanos atque adeò neceſſarios earum effectus.

δὼς ἀγαθή] Superiora potiſſimùm faciebant ad vitandam *ἀχαριςίαν*, hæc liberalitatem commendant, ex rapinæ, quaſi contrarij oppoſitione. Ingenui homines beneficij conferendi occaſionem oblatam gaudent, rapaces verò & qui Vulturũ inſtar, alienis inhiant, vel re etiam minima abrepta nuſquam animo conquieſcunt, & ipſis conſcientiæ flagellis identidem torquentur. Donaſſe itaque nunquam te pœniteat, niſi forſan violata illa *ἀντιχάειτος* lege, quã ſuprà refiximus: & vt violari contingat, ac præſtiterit longè ſua bona in alienum commodum erogaſſe, quàm corrogatis aliorum facultatibus luctuoſa illis diſpendia, ſibi verò implacabiles animi cruciatus inflixiſſe, ſed de hac poſtrema parte anteà quoque diſputatum eſt.

εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν] Forſan repentinos auri mõtes concipis, & te virgulâ diuinâ, aut Gygis annulo ditatum velis. At quantò tutiùs ſenſim ad illa diuitiarum faſtigia prorepes, quàm ſi tu inconſultò & abruptò in cælos auolaueris. Demus & tenues tibi ſubeſſe opes, at ne deſpera, huic tenuitati ſi tenues & frequentes cumulos ſuperaddideris, mirum quàm ingentes mox tibi accreuiſſe theſauros conſpecturus ſis. Sic Græci dicunt *ψεκάδας ὄμβρον γεννῶσαι*, Plutarch. in lib. *πῶς ἄν αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ*, hunc locũ ad pleraque alia, maximè ad profectus virtutis accommodat: *τὸ γὰρ* (inquit) *εἰ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο, καὶ θάμα τοῦθ' ἔρδοις, οὐ πρὸς ἀργυρείου μόνον αὔξησιν εἴρηται καλῶς, ἀλλ' εἰς ἅπαντα ποιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, πολὺ καὶ τελεσιουργὸν ἔθος τοῦ λόγου προσλαμβάνοντος.*

ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει] Qui rem familiarem ad ſe tranſmiſſam ſic negligit, vt dilabi eam patiatur, vix eſt vt penuriam tandem effugiat. Nec verò ſatis eſt iam parta cuſtodire, augenda ſunt, & his acceſſionibus tanquam aggeribus torrentes calamitatum retundendi.

οὐδὲ τό γ' εἰν οἴκῳ] Vacuam præſidiis vitæ domũ diligens, ſedulus, prouidénſque paterfamiliâs nõ feret, & qui à Græcis ἀταμίευτος dici nolit. Quid enim nocet repoſita ſuppellex, quam abſentem fruſtrà ad inſtantes caſus aduocaueris? Si in eum modum res domeſtica tibi conſtiterit, efficies vt tibi dictum eſſe videatur, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, Amamus facilè domum quæ bonorum copia referta ſit, alioqui domus domino pro carcere eſt. Hinc illud οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. Inſanit penè qui placidam & beatam domũ cum peregrinationibus miſerior futurus commutat.

ἀρχομένου δὲ πίθου] Alexion apud Plutarchũ Symp. 7. 3. καταγελᾷ τοῦ Ἡσιόδου παραινοῦντος, ἀρχομένου πίθου καὶ λήγοντος ἐμφορεῖσθαι (Heſiodus κορέσασθαι) μεσσόθι δὲ φείδεσθαι, ὅπου τὸ χρηστότατον οἰνώδειόν ἐστι. Mox ibidem perquiritur cauſa cur præſtantius vinum in medio dolij conſiſtat, deterius verò in ſummo, propter aëris nempe, in fundo propter fæcium vicinitatem. Atqui hoc ipſum ſentiebat Heſiodus qui præſtantioris vini parciorem vſum eſſe voluit, ne citiùs deficeret.

δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ] Ea eſt multorum fluxa δαπανότης, vt niſi cùm ad extrema deuentum ſit, facilè coërceri non poſſint, tum verò in illis anguſtiis collocati ſerò de parſimonia cogitant, cùm

id longè antè fuiſſet prouidendum,& moderatius præſenti vtendum copia, ne ſic illa derepentè per illas genij ſui indulgentias dilapſa,luctuoſam inopiam obtrudens,ad ſeueram demum reliquiarum cuſtodiam accederet, quæ præterquàm quòd improuidum arguit animum, etiam ipſa inutilis eſſe incipit, vtpote de re nihili. Huc alludunt illa Perſij Satyra 2.

» *Attamen hic extis,& opimo vincere farto*
» *Intendit: iam creſcit ager,iam creſcit ouile:*
» *Iam dabitur,iam iã, donec deceptus,& exſpes*
» *Nequicquam fundo ſuſpiret nummus in imo.*

Seneca Epiſt.1. cùm hoc vrgeret, tempus maximè colligendum & ſeruandum eſſe,ac maturè recti ſtudium aggrediendum hanc parœmiam appoſitè vſurpauit. *Quid ergo eſt?* (inquit) *Non puto pauperem cui quantulumcunque ſupereſt, ſat eſt. Tu tamen malo ſerues tua, & bono tēpore incipias. Nam, vt viſum eſt maioribus noſtris, ſera parſimonia in fundo eſt. Non enim tantùm minimum in imo, ſed peſſimũ remanet.* Monuit Eraſmus Chil.2. Cēt.2.64.

μισθὸς δ' ἀνδρεὶ φίλῳ] Pittheo Theſei auo tributam hanc γνώμην teſtis Plutarch. in ipſo penè limine vitæ Theſei. In amicitiis regnare debet τὸ ἴσον, quod ſuſtuleris ſi tu quaſi πλεονεκτῶν amicorum officia ἀμισθητὶ extorſeris. Itaque caue in eorum errorem incidas, quos Plutarch. dicit τοὺς λύχνους μὲν πεφιμύπλειν, ἔλαιον δὲ μὴ ἐγχέειν. Statuatur certa merces amico operam ſuam tibi communicanti, nc tu tibi plus tribuiſſe videaris quàm amico tuo tributum velis. Eſt autē hæc merces quaſi communis menſura operarum, quod Ariſtoteles

9.Nicom.

9. Nicom. τὸ ἀνάλογον quoque appellat, omnino neceſſarium ἐν ἁπάσαις ταῖς ἀνομοειδέσι φιλίαις. Id tamen de numiſmate interpretatur, & nos quoque hîc mercedem pecuniariam ſtatuimus, aut tale quid ἰσόῤῥοπον, omnino quod ad tollendam ἀνισότητα, quâ amicitiæ facilè conuelluntur, ſufficiat.

καί τε κασιγνήτῳ] Candor ſocietatis humanæ hoc depoſcit, vt omnia ſincerè & fide indubia, vel inter ipſos fratres gerantur. Rationem ſubiicit Heſiodus, quòd tum fiduciæ tum diffidentiæ hominibus varias calamitates importarint. Si fidis, periculum eſt (vt eſt ἄνθρωπος ζῶον φύσει εὐμετάβολον, (aiebat Plato de Helicone Cyziceno, poſtquàm eum pluribus Dionyſio commendâſſet) mutatum iri hominis ingenium, cuius tu fidem oppidò nimis ſequutus es: ſin diffidis, iam tollis vinculum illud ſocietatis humanæ, fidem, ſine qua quid tutum in vita? Hoc colligamus ita hæc duo extrema eſſe temperanda, vt ſine diffidentiæ metu fidamus: porrò huic fidei eas adhibeamus cautiones, à quibus illa robur & ſecuritatem accipiat. Hoc eſt illud, *Inter bonos bene agier*. Neque ipſe quantũuis viſceralis, vt ita loquar, amicus, pluribus obfirmari fidem ſuam vinculis, grauiter ferat, aut qui ferat iam candoris, iam amicitiæ nomen proteruè cum ipſa perfidia commutat. Huc facit illud Perſæi apud Plut. περὶ δυσωπίας, in hæc verba, ὁ δὲ Περσαῖος (inquit) ἀργύριον τινὶ τῶν γνωρίμων δανείζων, δι' ἀγορᾶς καὶ τραπέζης ἐποιεῖτο τὸ συμβόλαιον, μεμνημένος δηλονότι τοῦ Ἡσιόδου λέγοντος, καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι· θαυμάσαντος δὲ ἐκείνου καὶ εἰπόντος, οὕτως ὦ Περσαῖε νομικῶς, ναὶ εἶπεν ἵνα φιλικῶς ἀπολάβω, καὶ μὴ

νομικῶς ἀπαιτήσω. πολλοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ διὰ δυσωπίαν προϊέμενοι τὸ πιστὸν, ὕστερον ἐχρήσαντο τοῖς νομίμοις μετ' ἔχθρας.

μὴ δὲ γυνή σε νόον] Hoc ius παῤῥησίας in mulieres homo ſibi vindicauit, ſiue hoc ſexuum diuerſitas, ſiue ipſum etiam mulierum ingenium facit. Hoc agamus. Malè morata mulier ſuis illiciis ſolet quaſi cum homine vulpinari. Ab ea caueto qui tuendæ rei familiari incumbis. Adamante ferrum attrahi dicunt, illa omni deliciarũ genere te tuáque in ſe trahet, niſi maturè aſtu hos aſtus anteuenis, imò ſeria mente hos ludos eludis. Ne tu igitur in contubernium tuum eiuſmodi hirudinem admiſeris, quæ non niſi exhauſtâ tuâ ſubſtantiâ receſſura ſit. Illa dum tibi animum vana & fugaci voluptate diſtinet, κατ' ἐπίκλοπον illud ἦθος ſpoliatum miſerè tandem relinquet, & te in vmbra captanda occupatum dum illa opum tuarum corpora conuaſabat ſerò ſenties. Denique caſta tibi ſit omnino domus, ne tu quoque γυναικῶν ὄλεθρον, quod in Prouerbio eſt, experiare.

μονογενὴς δὲ παῖς] Mirum eſt ad domus amplitudinem vnicum tantùm filium ab Heſiodo optari, cùm alioqui & ipſa πολυτεκνία non leuis ſit pars beatitatis. Rectè, ſi nominis propagationem & ſplendorem ſpectes, ſin ſolidum & durabilem rei familiaris ſtatum, ſecus. Multiplex illa ſoboles totam hæreditatem, quãtumuis auguſtam, ſic quodammodo depopulatur, ſic diſiicit, vt totum illud in partes & fruſta ſecatum facilè euaneſcat, quod ſua mole coadunata diuturnius futurum videbatur. Ita & hæc quoque vitæ pars vnitate gaudet. Plutarchus in lib. περὶ φιλαδελφ. conuenienter ad

ſuum inſtitutum, hoc damnat in Heſiodo. Docet illic parentes vt plurimùm hac liberorum multitudine delectari, *ὁ μὲν οὖν πεισίστρατος*, (inquit) *ἐπὶ γάμων ἐνηλίκοις οὖσι τοῖς υἱοῖς ἔφη, καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐκείνους εἶναι ἡγούμενος, ἔτι πλειόνων ἐθέλειν τοιούτων πατὴρ γενέσθαι. χρηστοὶ δὲ καὶ δίκαιοι παῖδες, οὐ μόνον διὰ τοὺς γονεῖς ἀγαπήσουσι μᾶλλον ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς γονεῖς δι' ἀλλήλους οὕτως ἀεὶ καὶ φρονοῦντες, καὶ λέγοντες, ὅτι τοῖς γονεῦσιν ἀντὶ πολλῶν χάριν ὀφείλοντες, μάλιστα διὰ τοὺς ἀδελφοὺς ὀφείλουσιν, ὡς τοῦτο δὴ κτημάτων ἁπάντων τιμιώτατον καὶ ἥδιστον ἔχοντες παρ' αὐτῶν. εὖγέ τοι καὶ ὅμηρος πεποίηκε τηλέμαχον ἐν συμφορᾷ τὸν ἀδελφὸν* (an *τῶν ἀδελφῶν;*) *τιθέμενον, ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων. Ὁ δ' Ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν μουσῶν γεγονὼς μαθητὴς, ἃς ὁμοῦ δι' εὔνοιαν ἀεὶ καὶ φιλαδελφίαν οὔσας, οὕτως ὠνόμαζον μούσας*. Hæc ille, ſed contorto ad ſuam mentem ſenſu. Heſiodus vnicum hæredem inſtar omnium eſſe credit, ne familiæ in qua plures liberi enaſcantur id accidat quod amnibus, qui in multos alueos diffluentes, longè imbecilliore ac tenuiore decurrunt flumine, vt ait idem Plut. lib. de amic. multit. Vbi & hoc notatum *τοῖς μονοτόκοις τῶν ζώων τὸ φιλότεκνον ἰσχυρότερον ἐμφύεσθαι*. Vnde & Homerus inquit, *ἀγαπητὸν υἱὸν ὀνομάζει μοῦνον τηλύγετον, τουτέστι μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι μήτε ἕξουσι γεγεννημένον*. At vide quomodo Heſiodus conſilium ſuum temperet. Vnico filio rem domeſticam demandandam cenſet, at patri-familiâs iam annis grauiori, alterum adnaſci filium optat, cuius, credo, blanditiis iuuenilibus ſenij illius tædia leniãtur. Quid ſi plures liberos adnaſci quoque contigerit? videbatur deterior proinde futura

domus, at ſanè Heſiodus quod humana ratione probari poſſe diffidebat, in Numinis poteſtate reponit: quaſi dicat, Vix eſt vt vna familia pluralitatem iſtam liberorum ſecurè admittat, ſed ſi contingat, quidni & in plures Deus beneficentiæ ſuæ theſauros effundat? forſan & hoc vult, multiplicem iſtum liberorũm numerum aptiorem ad labores futurum, quibus iam augeri opes demonſtrauit, etſi eius acrior cura patrifamiliàs incubitura videatur: hoc eſt quod ait πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.

ἔργον δ' ἐπ' ἔργῳ] Dixerat antea εἰ καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο, καὶ θάμα τοῦθ' ἔρδοις. Ad repetendas ſubinde agriculturæ operas facit hæc repetitio.

FINIS LIB. I.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

ΠΛΗΙΑΔΩΝ ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ, δυσομενάων·
Αἳ δή τοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται, αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
Φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτος τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵτε θαλάσσης
Ἐγγύθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα
Πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι πίονα χῶρον
Ναίουσιν. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
Γυμνὸν δ' ἀμάασθαι. εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλῃσθα
Ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
Ὥρι' ἀέξηται, μήπως τὰ μεταξὺ χατίζων
Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
Ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες, ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
Οὐδ' ἐπιμετρήσω. ἐργάζευ, νήπιε Πέρση,
Ἔργα τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο.

Μή ποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων,
Ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσιν.
Δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι. ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
Χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις.
Ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομὸς. ἀλλά σ' ἄνωγα
Φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.

HESIODI ASCRÆI OPERA ET DIES.

LIBER II.

PLEIADIBVS Atlante natis exorientibus,
Incipe meſſem,arationem verò occidentibus.
Hæ quidem nocteſq́; & dies quadraginta
Latent;rurſum verò circumuoluente ſe anno
Apparent,primum vt acuitur ferrum.
Hæc vtique aruorum eſt regula,quique mare
Propè habitant,quique valles flexuoſas
Mari fluctuante procul pinguem regionem
Habitant. Nudus ſerito, nudusq́; arato,
Nudus quoque metito:ſiquidẽ tempeſtiua omnia voles
Opera ferre Cereris, vt tibi ſingula
Tempeſtiua creſcant,ne quando interim egens
Mendices ad alienas domos,nihilq́; efficias, (dabo,
Sicut & nunc ad me veniſti, ego verò tibi non amplius
Neque amplius mutuo tradam.Labora,ſtolide Perſa,
Opera,quæ hominibus dij deſtinarunt,
Ne quando cum liberis,vxoreq́;, animo dolens
Quæras victũ per vicinos , hi verò negligant. (leſtes,
Bis enim & ter forſitã cõſequeris,ſi vero amplius mo-

Rem quidem non facies, tu verò inania multa dices.
Inutilis autem erit verborum lex: Sed te iubeo
Cogitare debitiq; ſolutionem, famisq; euitationem.

COMMENTARIVS.

πληϊάδων] Iam ipſam agricolationem ingreditur, in qua κατὰ πρόληψιν vtrumque tempus tum metendi, tum arandi, reliquis obſeruationibus ſubiicit. Meſſem autem arationi anteponit πρωθύστερον, ſiue hoc vis ipſa carminis coëgit, ſiue ab ipſa meſſe, quaſi laborum iſtorum fine principe, aptiſſimum factum eſt initium, vt in ipſo limine egenus Perſa non de re operoſa, ſed etiam perutili agi animaduerteret. Ergo prima ratio temporis eſt, & illius διχρείας, ſine qua aërem verberat qui terræ cultui incumbit. A cælis autem petenda iſta ratio, quaſi ab ipſis naturæ moderatoribus, quatenus ex eorum motus alterna diuerſitate colores ſuos tota hæc inferiorum rerum facies identidem commutat. Tanta eſt cum terris cæli ſocietas, quam primus & intellexit, & oſtendit ciuibus ſuis ille Democritus, nempe præuiſa olei caritate ex futuræ Vergiliarum ortu, apud Plin. 18. 28. Hæc illis ab illo Protoplaſte facultas ingenita, & longo vſu iam ipſis mortalibus ita explorata, vt dubitãdi locus vllus ſit nemini. Quod inſtat, monet Heſiodus Pleiadum ortu meſſis, occaſu arationis adeſſe tempus. Oriuntur autem circa vernum Æquinoctium, ſex diebus ante Maias Idus, inquit Plinius 2. 47. & 18. 26. (cùm tamen verè Nonis Maij exoriãtur, ſed ſexto illo die ante Idus totæ apparent, ait Colum. menſis Xanthi-

chi (qui Aprilis eſt) prima die, nempe prima Luna noua poſt octauum Idus Martij apud Macedones, inquit Aëtius Serm. 3. Tetrab. 1. c. 164. occidunt altero & trigeſimo die poſt Autumnale æquinoctium, quod ferè cõficitur nono Cal. Octobris, inquit Colum. 2. 8. At Plinius dicto loco hũc occaſum in tertium Idus Nouembris incidere dixit. Mirum enim quàm circa cæli obſeruationes omnes penè authores diſſederint. Illi vtique ad tres ſectas rediguntur, Chaldæam, Ægyptiam, Græcam: cui quartam Cæſar in Italia addidit. E locorum diuerſitate diuerſas elici ſiderum commentationes tolerandum videbatur, at in vno codémque tractu ita diſſentire maiore admiratione dignum. Huius diſſidij in eadem regione exemplum, Plin. 18. 25. ex ipſo Heſiodo oſtendit. *Occaſum*, inquit, *matutinum Virgiliarum Heſiodus (nam huius quoque nomine extat Aſtrologia) tradidit fieri, cùm Æquinoctium Autumni conficeretur: Thales* 25. *die ab Æquinoctio, Anaximander* 29. *Euctemon* 48. Dicemus per tranſennam hîc librũ de Aſtrologia ab Heſiodo conſcriptum indicari: De quo vide an Athenæus ſenſerit lib. 11. *καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας Ἀστρονομίαν.* quod, vt audis, Heſiodo tributum dubitanter. Mirari autem neque ego ſatis poſſum, hæc tanquam de eadem regione Plinium protuliſſe. Nam Heſiodũ ex Aſcra, quod oppidum eſt in Bœotia, quæ rurſum intra Europæ fines, oriundum intelligimus: at Thales, & Anaximander, Mileſij, id eſt Aſiani, cùm Miletus ad oram Ioniæ & Cariæ ſit conſtituta. Græcos forſan Plinius illos omnes innuit, vt

ſub Græca ſecta, quam anteà dixerat, eos complectatur, ac eandem regionem illis circumſcripſerit. Non ſunt hæc planè ad vnguem,& tamen conſtat hos ſcriptores inter ſe diſſidere. Atque hæc quidem Heſiodus monuiſſe videtur παχυμερέστερον, id eſt non præfixo laboris vtriuſque momento: ſed rectè monent authores Latini in hac ipſa ruris diſciplina, non deſiderari illam ſcrupuloſitatem à Chaldæis iactatam, vt ſtatis ac certis temporum terminis alligetur. Interdum enim ante, interdum poſt ortus aut occaſus ſiderum hæc ratio, & vis ipſorum ſiderum attendenda eſt, ac ipſa rei gerendæ occaſio captanda, prout ſe cæli vultus oſtentarit, non habita exacta momentorum ratione. Hinc eſt quòd ad dies præfinitos nõ debêre expectari tempeſtatum vadimonia elegãter ait Plin. 18. 26. & Ariſtot. lib. 4. περὶ γενέσεως, ταῦτα, inquit, οὐκ ἀκριβῆ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀορισίαν. Id denique proſpiciendum nequid agricolæ per negligentiam elabatur, denique ne improuidus vincatur ab opere, vt ait Columella. Hæc ille *iuſta tempora* appellat, & aliàs ſimpliciter *iuſta facere.* Pleiades autem ſunt quas Latini Virgilias vocãt. Illud nomen ex fabula petitum. Finguntur Atlãtis vnius ex Gigantibus, & Nymphæ Pleiones (quæ filia Oceani) filiæ. Has vouiſſe caſtitatem, & Dianæ comitatui additas dicunt, ab Orione tamen adamatas, & cùm iam penè comprehenſæ, vímque ſtupratoris paſſuræ viderentur, earum miſertum Iouem, & ab eo cælis inſcriptas, vnde ſeptem illæ ſtellæ quæ ad latus Tauri. Quãquam Aratus ſex tantùm eſſe doceat quæ appareant.

» — ἑπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέονται
» ἓξ οἶαι περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσι.

Nec credibile ſi ſeptem eſſent, vnam interiiſſe, vt & idem paulò antè dixit,

» οὐ μήν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀςὴρ
» ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν.

Pindarus vocat ὀρείας, tanquam οὐρείας, quaſi eas in cauda Tauri collocaret. Aratus ponit eas ἄγχι σκαιῆς ἐπιγουνίδος *propter læuum genus*, vt vertit Tullius: vbi *genus*, pro *genu*. Et apud vtrumque pro ipſo Tauro, qui toto corpore in genua procūbit. Sed Pindarus eorum ſententiam ſecutus eſt, qui caudam Tauro aſſignant, cùm verè ἡμίτομος à pleríſque cenſeatur, vnde illa feſtiua dubitatio veterum, cuius meminit Ouid.

» *Vacca ſit an Taurus, nō eſt cognoſcere prōptum,*
» *Pars prior apparet, poſteriora latent.*

Priores carpit Scaliger ad Manilium, ſed ego crediderim tolerandū hunc ſermonem, quantacunque ſit ἀκυρολογία, quæ tot ſcriptorum authoritate nititur. Sic Plin. 2.41. in fronte Tauri ſuculas in cauda eiuſdem Vergilias ſtatuit. Vitruuius 9. 5. *Cùm* (ſol) *progreditur*, inquit, *ad caudam Tauri ſiduſq́; Virgiliarum, è quibus eminet dimidia pars prior Tauri, in maius ſpatium quàm dimidium procurrit*. Sic ipſe Manil. lib. 2.

» — *aſpice Taurum*
» *Clunibus, & geminos pedibus, teſtudine Cancrū*
» *Surgere, cùm rectis oriantur cætera membris.*

Sic Columella 11. 2. *Vndecimo Calendas Nouembris Tauri cauda occidit, auſter, interdum pluuia.* Sic Nicander Theriacis,

„ ἀλλ᾽ ἤτοι θέρεος βλαβερὸν δάκος ἐξαλέασθαι
„ πληϊάδων φάσιας δεδοκημένος, αἵθ᾽ ὑπὸ ταύρου
„ ὁλκαίην φαίρουσαι, ὀλίζωνες φορέονται.

Sic denique Pindarus, vt diximus, cuius antiquitatem ego plurimi facio. Nam licèt dimidiatus ſit Taurus iſte, tamen non eſt abſonum poſteriorem eius partem caudæ nomine inſigniri. Notum enim quàm ſint imperfectæ huiuſmodi in cælis ζωογραφίαι. Eadem porrò ratione *caput Tauri* dicitur, quod tamen curuitate ſua oculos penè fallit. Videntur ſanè plerique integrum Taurum voluiſſe effingere, alij dimidiatum tantùm, vt Hipparchus: vnde ille Pleiadas non in Tauro collocabat, ſed in pede Perſei, cui illas dicebat μᾶλλον πλησιάζειν, vt monet Theon apud Aratum. Hyginus cautiùs *finitionem corporis* appellauit. Sunt autem πληϊάδες, quas Homerus πελειάδας in Neſtoris poculo effinxit, id eſt τὰ κράτιστα τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων, οἷς δὴ τεκμαίρονται τὰ περὶ τὴν ζωὴν ἄνθρωποι, vt docet pluribus, & γλαφυρώτερον Murleanus ille apud Athenæum lib. vndecimo. Ergo conſtat præſtantiſſima eſſe hæc ſydera, quę arationis, quę meſſis tempus indicent, (vnde Interp. Apollonij lib. 1. παρὰ τὸν πλειῶνα dictas voluit, ὅ ἐστιν, inquit, ἐνιαυτὸς σημαντικαὶ γὰρ αὗται καὶ χειμῶνος καὶ θέρους) tanta mortalium vtilitate, quibus alioqui incerto vitæ pelago ſemper erat fluctuandum. Id ipſum tamē variis terminis & legibus circunſcribitur. Aliud enim tempus in tepidis, aliud in frigidis ſpectandum: illic à bruma arua proſcinduntur, iſtic à verno æquinoctio. *Et maturiùs*, inquit Plin. 18. 19. *ſicca regione, quàm humida, maturius denſa*

terra quàm ſolutâ, pingui quàm macra: vbi ſiccæ & graues æſtates, terra cretoſa aut gracilis, vtilius inter ſolſtitium & autumni æquinoctium aratur: vbi leues æſtus, frequentes imbres, pingue herboſumq; ſolum, ibi melius caloribus. Altum & graue ſolum etiam hyeme moueri placet, tenue valdè & aridum, paulò antè ſationis tempus. Cato cap. 34. *Vbi quiſque locus* (inquit) *frigidiſſimus aquoſiſſimuſq; erit, ibi primùm ſerito. In calidiſſimis locis ſementim poſtremum fieri oportet.* De quibus vide fuſiſſimè differentem Columellam lib. 2. cap. 4. Hæc quoque diſcrimina notat Theophraſt. lib. 3. de cauſ. plant. δεῖ γὰρ, inquit, ὥς φασι τὴν μὲν ἔπομβρον, καὶ στερεὰν, καὶ βαρεῖαν, καὶ τὴν πίειραν θέρους ἐργάζεσθαι, καὶ τοῖς ἀρότροις, καὶ τῇ σκαπάνῃ. τὴν δὲ ξηρὰν, καὶ μανὴν, καὶ τὴν λεπτὴν, καὶ κούφην τοῦ χειμῶνος. δύναται γὰρ ἡ μὲν ξηραίνειν, καὶ λεπτύνειν· ἡ δὲ χειμερινὴ παχύνειν καὶ ὑγραίνειν. Et quæ ſequuntur eo loco. Habet & in hoc genere non ſpernēda Varro lib. 1. cap. 28. & ſequentibus. Sed torſit me diu apud illum, & nondum torquere ceſſat, ille dierum calculus tam inter ſe contrarius, quaternarius nimirum cum octonario. In illo numerum trecentorum ſexaginta quinque dierum ad integram anni confectionem reperi, at in iſto trecenta ſexaginta duo mihi occurrerunt, & ego perrecturus impegi. Exoriatur nobis θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Nos ad Heſiodum reuertamur, cuius ſententiam hoc loco ita excuſat Plin. 18. 24. *Heſiodus* (inquit) *qui princeps omnium de agricultura præcepit, vnum ſerendi tempus tradit à Virgiliarum occaſu. Scribebat enim in Bœotia Helladis, vbi ita ſeri diximus.* Dixerat autē in cap. 7. eiuſdē libri. *Alioquin in Græcia*

& Aſia omnia Virgiliarum occaſu ſeruntur. Huius quoque loci meminit Theophraſt. hiſt. plant. 9. μέρεοι δὲ τοῦ σπόρου τῆς πλείστων δύο, πρῴτη δὲ καὶ μάλιστα ἡ περὶ πλειάδων δύσιν, ἧ καὶ Ἡσίοδος ἠκολούθηκε καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι, διὸ καὶ καλοῦσί τινες αὐτὴν ἄροτον· ἄλλη δὲ ἀρχομένου τοῦ ἦρος μετὰ τὰς τροπὰς τοῦ χειμῶνος. *Virgiliæ*, inquit Plin. 18. 29. *priuatim attinent ad fructus, vt quarũ exortu æſtas incipiat, occaſu hyems, ſemeſtri ſpatio intra ſe meſſes vindemiaſq; & omnium maturitatem complexæ.* Hyginus quoque in Aſtron. Poët. *Eas ſtellas,* inquit, *Vergilias noſtri appellauerunt quòd poſt ver exoriuntur: & hæ quidem ampliorem cæteris habent honorem: quòd in earum ſigno exoriente ſole, æſtas ſignificatur: occidente autem hyems oſtenditur, quòd aliis non eſt traditum ſignis.* Hoc ipſum adumbrauit Virgilius 1. Georg. quanquam alia in parte:

At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra
Exercebis humum, ſolíſq; inſtabis ariſtis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ,
Debita quàm ſulcis committas ſemina, quamq;
Inuitæ properes anni ſpem credere terræ.

Vbi vides non ſolùm terræ, ſed & ipſius ſementis rationem haberi. Aliud enim in tritico, aliud in ordeo, aliud in fabis, aliud in vicia, faſelo obſeruandum, vide Colum. 2. 8. Id magnum in cælis, minimorum penè, & vix micantium horum ſiderum ratione hos labores conſtare, ſic Aratus

αἱ μὲν ὅμως ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ᾽ ὀνομασταί
Ἦρι καὶ ἑσπέριαι (Ζεὺς δ᾽ αἴτιος) εἱλίσσονται,
ὅς σφισι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο
σημαίνειν ἐκέλευσεν, ἐπερχομένου τ᾽ ἀρότοιο.

Vbi vides Aratum occaſum Heſperium harũ ſtellarum ſubticuiſſe(quem tamen his annotauit Heſiodus ibi,

αἱ δή τοι νύκτάς τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
κεκρύφαται, αὖθις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται:

nempè, vt ait Theon, διὰ τὸ συμβαίνειν αὐτήν περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερείαν, καὶ μηδὲν ἐξαίρετον περιέχειν σημεῖον. Qua de re nos & illic olim plura. Cæterùm rectè Theoph. περὶ σημείων ὑδάτων, διχοτομεῖ δὲ, inquit, τὸν μὲν ἐνιαυτὸν πλειάς τε δυομένη καὶ ἀνατέλλουσα, ἀπὸ γὰρ δύσεως μέχρι ἀνατολῆς τὸ ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστίν.

οὗτός τοι πεδίων] Ne credas hoc quoque Heſiodum ignoraſſe quod anteà monebamus, non omnibus terris eadem ſigna ſufficere, ſuam ille diſciplinam ad certum ſoli genus reuocat.

γυμνὸς σπείρειν] Non ſunt apta nec ad arationem, nec ad meſſem frigora, vtrumque ergo, illud vere, hoc æſtate confici oportet, quibus tempeſtatibus calor ſolis ingraueſcit. Sic Virgil.

Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerumq; fruuntur,
Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.

ἐργάζευ] Sæpiculè hanc laboris commendationem inculcat, quia illi, vt vides negotiũ erat cum fratre per ignauiam ad egeſtatis anguſtias redacto. Quod autem dicit operas iſtas hominibus à Diis deſtinatas ſuo loco enarratum eſt. Xenoph. ἀπομνημ. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις.

φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν] Perſam egenum alloquitur, & rectè liberationem æris alieni ei com-

mendat. Eſt ipſa paupertas per ſe onus, cui ſi æs alienum acceſſerit, fit onus illud φορτικώτερον, & planè δυσφορητότερον. Quod vt deuites, ἐργάζευ, inquit Heſiodus, & quemuis laborem, ac quæritandi victus potiùs anguſtias patere, quam tuis hoc fœneratorum iugum ceruicibus impoſueris.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὴν οὐ γαμετὴν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο.
Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι.
Μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ,
Ηδ' ὥρη παραμείβηται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
Μὴδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔννηφιν.
Οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιὴν,
Οὐδ' ἀναβαλλόμενος. μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.
Ημος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο,
Καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος
Ζηνὸς ἐρισθενέος, μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρώς,
Πολλὸν ἐλαφρότερος (δὴ γὰρ τότε σείριος ἀστὴρ
Βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
Ερχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ)
Ημος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
Υλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτορθοῖό τε λήγει·
Τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον,
Ολμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
Αξονα θ' ἑπταπόδην. μάλα γὰρ νύ τοι ἄρμενον οὕτω.
Εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦραν κε τάμοιο·
Τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ.
Πόλλ' ἐπὶ καμπύλα κᾶλα. φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς,
Εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος, ἢ κατ' ἄρουραν,
Πρίνινον. ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν,

Εὖτ' ἂν ἀθηναίης δμῶος ἐν ἐλύματι πήξας,
Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.
Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατ' οἶκον,
Αὐτόγυον καὶ πηκτὸν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω.
Εἴχ' ἕτερον γ' ἄξαις, ἕτερον γ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.
Δρυὸς ἔλυμα, πρίνου δὲ γύην. βόε δ' ἐνναετήρω
Ἄρσενε κεκτῆσθαι. τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.
Ἥβης μέτρον ἔχοντε, τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.
Οὐκ ἂν τώ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι κάμμεν ἄροτρον
Ἄξειαν, τὸ δ' ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.
Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο,
Ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον,
Ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
Μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων. τοῦ δ' οὔ τι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων,
Σπέρματα δάσσασθαι, καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.
Κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.

Domũ quidẽ primum, vxoremq́;, bouemq́; aratorẽ,
Famulam non nuptam, quæ & boues ſequatur,
Vtenſilia verò domi omnia apta facito:
Ne tu quidẽ petas ab alio, illeq́; recuſet, tu verò careas
Tempus autem prætereat, minuaturq́; tibi opus.
Ne verò differas inq́; craſtinum, inq́; perendinum.
Non enim laboris fugitans vir implet horreum,
Neque procraſtinator. Cura verò tibi opus auget.
Semper autem dilator operũ vir cum damnis luctatur.
Quum itaque iam deſinit robur acuti ſolis
A calore, humido, per autumnum pluente
Ioue præpotente, mutatur autem humanum corpus
Multo leuius, nam tunc canicula ſtella

Pauliſper

Pauliſper ſupra caput fato obnoxiorum hominum
Venit interdiu,magis autem nocte fruitur,
Quando incorrupta eſt cæſa ferro
Sylua,folia autem humi fundit,ab ramiſq; ceſſat:
Tunc ſanè ligna ſecato,memor tempeſtiui operis. (lē,
Mortariū quidē tripedale ſeca,piſtillū verò tricubita-
Axēq; ſeptempedalem: valdè enim certè cōueniens ſic.
Si verò octopedalē, & malleū inde ſecueris, (currui.
Triū palmorū verò curuaturā ſecato decēm palmarum
Multa præterea curua ligna,ferto autē dētale,cū inue-
Domum,ſiue in monte quærens,ſiue in agro, (neris,
Ilignum: hoc enim bobus ad arandum firmiſſimum eſt:
Nempe quū Atticæ Cereris famulus temoni inſigens,
Clauis adiunctum ſtiuæ adaptauerit,
Bina verò diſponito aratra,laborans domi:
Dentatum & compactum, quoniam multò optimū ſic.
Siquidem alterum fregeris, alterum bobus iniicias.
E lauro autē, vel vlmo,firmiſſimæ ſtiuæ ſunt. (uēnes
E quercu temonem, ex ilice dētale, boues verò duos no-
Maſculos cōparato(horū enim robur nō imbecillū eſt)
Adoleſcētiæ mēſurā habentes, hi ad laborandū optimi.
Non vtique hi cōtendentes in ſulco,laborando aratrum
Fregerint,opus verò imperfectnm reliquerint.
Hos autem ſimul quadragenarius iuuenis ſequatur,
Panem cœnans quadrifidum octo morſuum,
Qui quidem opus curans rectum ſulcum ducat,
Non amplius reſpectans ad coætaneos: ſed in opere
Animum habens, hoc verò neque iunior alius melior
Ad ſpargendū ſemina,& iteratam ſationem euitandū.
Iunior enim vir ad coætaneos euolat animo.

COMMENTARIVS.

οἶκον μὲν πρώτιστα] Conciſè hæc Heſiodus, quod Latini authores diffuſè: οἶκος villa eſt, Eius ædificandæ princeps cura eſto, & in ea facultates ſpectentur. *Multos enim deerraſſe*, ait Colum. 1. 4. *memoria prodidit, ſicut præſtantiſſimos viros L. Lucullum, & Q. Scæuolam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quàm poſtulauit modus agri, villas extruxit, cùm vtrumq; ſit contra rem familiarem. Diffuſiora enim conſepta non ſolùm pluris ædificamus, ſed etiã impenſis maioribus tuemur: at minora cùm ſunt, quàm poſtulat fundus, dilabitur fructus: nam & humidæ res & ſiccæ, quas terra progenerat, facilè vitiantur, ſi aut non ſunt, aut propter anguſtias, incommoda ſunt tecta quibus inferantur. Pro portione etiam facultatum quàm optimè paterfamilias debet habitare, vt & libentiùs rus veniat, & degat in eo.* Sic familiã Cato ad certum modum agri dirigit, vt ait Varro de re ruſt. 1. 18. vbi locus eſt hîc inſeri dignus, & ab iſto non alienus. Catonis & Licinij ſententias de modo familiæ cùm recenſuiſſet, *Horum neuter,* inquit, *ſatis dilucidè modulos reliquit nobis, quòd Cato ſi voluit (vt debuit) vti proportione, ad maiorẽ fundum vel minorem adderemus vel demeremus, extra familiam debuit dicere villicum & villicam.* Ioſ. Scaliger correxit, *addere, vel demere*, pro *adderemus vel demeremus*: quaſi *ad maiorem fundum vel minorem addere vel demere*, eſſet quod anteà dixerat, *vti proportione*. Sed acutiſſimè Petrus Faber Aruernus, reconditæ doctrinæ & emunctiſſimi iudicij vir, monuit me ex ſuis Aduerſariis non obſeruatũ

Scaligero, illud *uti* non eſſe verbum, ſed coniun-ctionem, ac proinde nihil mutandum. Quod mi-rificè placet, vellem tamen vt *pro portione* diſparatis vocibus legeremus, vt anteà in Columella *pro portione facultatum*, id eſt *pro copia* apud Catonem 4. *Villam vrbanam pro copia ædificato*, vt & apud eundem Varronem ibidem. *Operarij modò & bubulci pro portione demendi vel addēdi ad minores maioreſúe modos fundorũ.* Sic enim excudit Gryphius iam ab anno 1549. quanquam idem illud prius *proportione* coniunctim excuderit, quod ex adulterino vocis, *uti*, intellectu natum eſt. Sic *portionis* voce vſus Plin. 11. 30. *Et ſiquis comparet onera corporibus earum* (formicarũ) *fateatur nullis portione vires eſſe maiores*. Sic idem Varro de re ruſt. 1. cap. 3. *Vbere ſint grandiore, vt & lac multum & pingue habeant pro portione*. Quod autem portionẽ facultatum ſpectari volunt, facit illud Catonis 3. *Ita ædifices ne villa fundum quærat, neúe fundus villam.* Pallad. 1. 8. Ædificium pro agri merito, & pro fortuna domini ait eſſe inſtituendum, & ita eius æſtimandam magnitudinem, vt ſi aliquis caſus incurrerit, ex agro, in quo eſt, vnius anni, aut vt multum biennij penſione reparetur. Redeamus in viam. Id ergo primùm patrifamilias curãdum, vt villam ruſticam benè ædificatam habeat. Sed Cato, *Prima adoleſcentia*, inquit, *patremfamilias agrum conſerere ſtudere oportet, ædificare diu cogitare oportet, conſerere cogitare non oportet, ſed facere oportet: vbi ætas acceſſit ad annos* XXXVI. *tum ædificare oportet, ſi agrum conſitum habeas*. Vnde Plin. 18. 5. *Fundum in adoleſcentia conſerendum ſine cũctatione,*

ædificandum non niſi conſito agro. Ergo non πρώτιστα, vt vult Heſiodus. Quanquam & idem de aratione priùs præceperit, ſed omnino neque hac exacta ſerie ac methodo vtitur Poëta, cui πρωθύστερα ſunt concinnitatis loco. Quod de vxore ſubnectit, alij quoque docent, *Iucundius vtique verò,* inquit Colum. 1.4. *ſi etiam matrona comitabitur, cuius vt ſexus, ita animus eſt delicatior: quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, quo patientiùs moretur cum viro.* Villicum & villicam requiri dicebat ad familiam Cato, referente Varrone 1.18. Adeò eſt vtile, adeò neceſſarium illud ἀνδρογυναικεῖον, vt ita loquar, mutuo inter ſe amori auxilióque deſtinatum. Addit Heſiodus βοῦν ἀροτῆρα, qui nempè arationem validè conficiat. Nam verè illud Varro 1.19. *Terram boues proſcindere niſi magnis viribus non poſſunt, & ſæpe fracta bura* (i. ἐχέτλην, quæ & *Buris* Virgilio) *relinquunt vomeres in aruo.* Locutus eſt autem Heſiodus συνεκδοχικῶς, & minus exactè. *Saſerna,* inquit ibid. Varro. *ad iugera* CC. *arui, boum iuga duo ſatis eſſe ſcribit. Cato in olinetis* CCXL. *iugerum boues trinos: ita fit vt Saſerna dicat verum, ad centum iugera iugum opus eſſe: Si Cato ad octogena.* Sed mendoſus locus cenſorias manus non ſenſit, nobis intactus non abibit. Lege itaque, *Ita fit vt ſi Saſerna dicat verum, ad centum iugera iugum opus eſſet: ſi Cato ad octogena.* Leuis nota, ſed ſine qua ſermonis integritas obliterata videbatur. Cæterùm Heſiodus bouem ſolùm hîc in conſortium operum parari vult: cùm & mula, equus & aſinus in eundem quoque finem parandi ſint, vt eſt apud Colum. 6. in princ. vbi & hoc

obſeruatum, Bouis tātam fuiſſe apud veteres Romanos venerationem, vt tam capitale eſſet bouem necaſſe, quàm ciuem. Cætera de eodem in agricultura ſpectanda, vide ibidem capitibus. 1. 2. & reliquis vſque ad 27. Quod de famula hîc dictum, conſentiunt Latini, ſed illis amplior familia conſtituitur: & videtur Heſiodus tenuem quādam & recentem agricolationem inſtituere, cuius exigua initia progreſſus, altiores laboribus & induſtria agricolæ ſint conſecutura. Argumento eſt illud, quod Perſæ hæc ſcribit, quem fortunis lapſum & mendicantem anteà ſtatuebat, cui porrò per has minutias ad pinguiorem ſtatū redeundum ſit. Id colligas ex eo quod famulam vnam ei tribuat, nullo addito famulo. Contrà Varro 1.17. operariis conſeruas vult coniungi, è quibus habeant filios. *Eò enim*, inquit, *fiunt firmiores ac coniūctiores fundo. Itaque propter has cognationes Epiroticæ familiæ ſunt illuſtriores ac chariores*. Quāquam mox idem Heſiodus duos iuuenes addat. Qua de re ibi. Innuptam autem mauult hic fortè Heſiodus, vt tantò anguſtiora ſint huius nunc primùm enaſcentis rei ruſticæ impendia. In ſequentibus quoque —ἄτεκνον ἔριθον

» δίζεσθαι κέλομαι, χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος.

Quod ad inſtrumenta, monent quoque Latini id maximè agricolæ prouidendum, vt inſtrumenta ruri neceſſaria præparent, qualia enumerat Varro 1.22. & Pallad. 1.43. Omnia autem illa antè à nobis enarrata, ita quidam diſtinguebant in homines, & adminicula hominum: alij in tres partes, Inſtrumenti genus vocale, in quo ſunt ſerui:

ſemiuocale, in quo ſunt boues: mutum, in quo ſunt plauſtra. Ita Varro 1. 17. Sed & de his fuſiùs mox idem Heſiodus.

βοῦν τ' ἀροτῆρα] Tertio loco bouem collocat, cui tamen Phœnices in rebus neceſſariis principem locum aſſignant, ideóque bouem ab iis vocatum Alpha, docet Ammonius apud Plut. Symp. 9. cap. 1. Κάδμον φασὶ τὸ ἄλφα πάντων προτάξαι, διὰ τὸ φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν, οὐ δεύτερον, οὐδὲ τρίτον, ὥσπερ Ἡσίοδος, ἀλλὰ πρῶτον τίθεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς] Negligentiam in re ruſtica præcipuè deuitādam vſus quotidianus docet, *Res eſt*, inquit Colum. 11. 1. *agreſtis inſidioſiſſima cunctatio* (ſic emendo cùm in editione Gryphiana *cūctanti* legeretur) *quod ipſum expreſſius vetuſtiſſimus author Heſiodus hoc verſu ſignificauit*, αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς, &c. *Quare vulgare illud de arborum poſitione ruſticis vſurpatum ſerere ne dubites: id villicus ad agri totum cultum referri iudicet: credatq́; prætermiſſas non duodecim horas, ſed annum periiſſe, niſi ſua quaque die quod inſtat effecerit*, &c. Ergo nihil ſerò faciendum in agricultura, prætermiſſa enim fruſtrà reuocantur, ait poſt veteres Plin. 18. 6. Idem Cato 5. *Opera omnia maturè conficias face. Nam res ruſtica ſic eſt, ſi vnam rem ſerò feceris, omnia opera ſerò facies.* Hæc γνώμη ad cæteras vitæ partes pertinet. Vnde Alexander tot res geſſiſſe μηδὲν ἀναβαλλόμενος gloriabatur. Eſt in quibus cunctandum, vt Maximo feliciſſimè contigit. In iis properandum, quæ dilatione pereunt, vt eſt certa quædam negotiorum ἀκμή, maximè verò in agricultura, cuius ratio ſtatis temporibus & ſiderum aptitu-

dine conſtat, vt diximus.

ἦμος δὴ λήγει] Autumni deſcriptio, cuius dies primus eſt in Leone, vt veris in Aquario, æſtatis in Tauro, hyemis in Scorpione, inquit Varro 1. 28. Hac tempeſtate deferueſcit ſolis æſtus, qui per Sirium inualuerat, & cælum impluere occipit, ac ipſa etiam corpora fiunt leuiora, vt mox dicemus.

καύματος ἰδαλίμου] Humidus dicitur æſtatis calor, qui nempe ſubinde humore addito temperari ſoleat. Autumno autem leuiora fieri corpora idcirco, quòd fame vellicante ſiccis alimentis potiùs quàm humidis (quæ grauiora ſunt) impleantur: collegi ex quæſtione quarta Symp. 9. apud Plutarchum: Vbi eadem ferè ratione docetur cur maior ſit hominum circa finem Autumni voracitas.

ἦμος ἀδηκτοτάτη] Quæ per Autumnum ſecantur ligna, cariem vix ſentiunt. Tunc ſyluas coli commodiſſimè, & præcidi oportere arbores ſecundum terram, docet Varro 1. 27. Quando tēpeſtiuè ſingulæ arbores cædantur enucleatè ex veteribus Plin. 16. 39. Adde interlunio, aut decreſcente luna id rectiùs fieri, vt apud Plin. ibidem & Varronem 1. 37. Vide & altera ab hinc annotatione.

φύλλα δ' ἔραζε χέει] Hinc eſt dictus Autumnus *φυλλοχόος, διὰ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα τηνικαῦτα τῶν φύλλων ἀποῤῥεόντων*. Sunt tamen quibus folia non excidant, vt quæ caloris aut pinguitudinis plurimū admixtum habent, vt oleæ, laurus, palmæ: aut quæ humoris plurimum, vt myrtus, vt hedera,

τούτοις γὰρ ἡ κρᾶσις βοηθεῖ, τοῖς δὲ ἄλλοις οὔ· οὐ γὰρ παραμένει τὸ ἐχέκολλον, καὶ συνεκτικὸν, ἢ πυκνουμένης ψυχρότητι τῆς ἰκμάδος, ἢ ξηραινομένης δι' ἔνδειαν, ἢ δι' ἀσθένειαν. vt eſt apud Plut. *συμποσ. η.* quæſt. finali.

τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν] Menſe Ianuario voluit arbores cædi Columella 11. 2. ídque Luna decreſcēte, ab vigeſima vſque in trigeſimam, quoniam omnis materia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Pallad. verò ſed & menſe Ianuario, idem lib. 1. cap. 23. menſe Nouembri, itémque cùm Luna decreſcit lib. 12. ca. 15. Accuratiùs Plinius 16. 39. ex Theophraſto 3. Hiſt. plant. hanc cædendarum arborum tempeſtiuitatem perſequitur. Optimè Vitruuius 2. 9. & cum Heſiodo. *Materies, inquit, cædenda eſt a primo Autumno ad id tempus, quod erit antequàm flare incipiat Fauonius. Nam*, vt ait paulò pòſt, *autumnali tempore maturitate fructuum flacceſcente fronde, ex terra recipientes radices arborum in ſe ſuccum, recuperantur & reſtituuntur in antiquam ſoliditatem.*

ὄλμον μὲν τριπόδην] Inſtrumenta ruſtica (quæ *arma* vocat Virg. 1. Geor. *Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes*) eáque præcipua, ac ad aſciam ferè expolita, & ſuis denique numeris conſtantia recenſet. Id denuò notandum tenuem hîc ſupellectilem deſcribi, pro mòdo nunc primùm inſtitutæ ruſticationis, aut etiam ipſius fundi. *Nam eius ſanè inſtrumenti varia diſcrimina, ac multitudo, agri magnitudine finitur, quòd plura opus ſunt, ſi fines diſtant latè*, ait Varro 1. 22. Ea omnia valida eſſe oportet ad diuturnitatem: itaque notantur arbores in eum vſum magis accommodatæ.

δοιὰ δὲ θέσθ' ἄροτρα] Supellex geminata plus habet longè vtilitatis, tum ſi in alterno vtriuſque vſu vtrique longiorem diuturnitatem conciliari ſpectes, tum breuiorem operis ceſſationem, vt quæ eodem alterno vſu reparari poteſt. Id maximè in inſtrumentis præcipuis, & quorum ſua tēpeſtiuitate penuria damnoſas moras infert. Quod ad aratra pertinet, de iis quoque ſic Apollonij Interpres lib. 3. *δύω ἀρότρων εἰσὶν εἴδη, τὸ μὲν πηκτὸν, τὸ δὲ αὐτόγυον· πηκτὸν μὲν τὸ ἐκ συμβολῆς ἔχον ἔλυμα. ἔστι δὲ ἔλυμα, ἐν ᾧ ὁ ὕνις ἐντίθεται, τὸ δὲ ξύλον τὸ ἀπὸ τοῦ ἐλύματος τεῖνον ἐπὶ τοὺς βόας γύης καλεῖται, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ γύου ἱστοβοεὺς, τοῦ δὲ ζυγοῦ τὰ ἐπὶ τοὺς αὐχένας τῶν βοῶν ἐπιτιθέμενα, οἱ μὲν ζεύγλας, οἱ δὲ μέσαβα λέγουσιν. τοιοῦτο μὲν τὸ πηκτὸν, αὐτόγυον δέ ἐστιν οὗ πυνὸς τὸ ἔλυμα οὐκ ἔστιν ἐκ συμβολῆς.*

βόε δ' ἐνναετήρω] Nouem iſti anni in vtrumque bouem diuidendi, vti vterque nimirum ſimul nouem annos ſit ſortitus. Sic Varro 1. 10. boues rudes (quales in hac noua agricolatione intelligi ab Heſiodo facilè adducor) neque minores trimos, neque maiores quadrimos, parandos monet, vt viribus magnis ſint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem conficiat, Sic Columella 6. 2. *Verùm neque ante tertium, neque poſt quintum annum iuuencos domari placet, quoniam illa ætas adhuc tenera eſt, hæc prædura.* Iam ſi ſubactos boues Heſiodus intelligit, aliter ſentiendū & vnicuique bouni nouennium integrum aſſignandum.

ἄρσενες] Maſculis bobus enim maius robur vt ſubiicit. Vaccas quoque in terra leui ſufficere, Campania teſtatur apud Varronem.

τεσσαρακονταέτης] Hæc ætas, quaſi vitæ propè medietate valentiora & ſolidiora hominis robora occupat, habet & ſedatiores animi ſeſe reſpicientis motus, & ad grauiores curas inclinantis. Itaque moderatè hoc pecus reget, vt decet, qui hanc annorum maturitatem attigerit, & minus eum ab opere coætaneorum cõſortia diuellent, quod feruidiori alioqui ętati ſolet contingere. Diximus autem hanc eſſe propè vitæ medietatem, quia cẽtum annorum meta cenſetur vt plurimum vitæ curriculum, vt monet Artemidorus lib.2.cap.75. *Is finis vitæ longæui hominis eſt*, inquit Caius Iureconſ. in l. an vſusfructus ff. de vſufr. De ſpatiis vitæ longiſſimis varia exempla vide apud Plin. 7.48.

Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς,
Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης,
Ἥτ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
Δεικνύει ὀμβρηροῦ, κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω.
Δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βόας ἔνδον ἐόντας.
Ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν, βόε δὸς καὶ ἄμαξαν.
Ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι. πάρα δ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς, πήξασθαι ἄμαξαν.
Νήπιος οὐδὲ τό γ' οἶδ', ἑκατὸν δέ τε δούρατ' ἀμάξης,
Τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν, οἰκήϊα θέσθαι.
Εὖτ' ἂν δὴ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη,
Δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτός,
Αὔην καὶ διερὴν ἀρόων, ἀρότοιο καθ' ὥρην,
Πρωῒ μάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Εἴαρι πολεῖν, θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσει.
Νειὸν δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.

Νειὸς ἀλεξιάρη, παίδων εὐκηλήτειρα.
Εὔχεσθαι δὲ Διῒ χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ,
Ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν,
Ἀρχόμενος τὰ πρῶτ' ἀρότρου, ὅταν ἄκρον ἐχέτλης
Χειρὶ λαβὼν, ὅρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι,
Ἔνδρυον ἑλκόντων μεσάβων. ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν
Δμῶος, ἔχων μακέλην, πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη,
Σπέρματα κακκρύπτων. εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη
Θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.
Ὧδέ κεν ἀδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε,
Εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.
Ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια. καί σε ἔολπα
Γηθήσειν βιότοιο ἐρευμένον ἔνδον ἐόντος.
Εὐοχέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐδὲ πρὸς ἄλλους
Αὐγάσεαι, σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται.
Εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς ἀρόῃς χθόνα δῖαν,
Ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
Ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων.
Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θηήσονται.
Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο,
Ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι.
Εἰ δέ κεν ὀψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη.
Ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισι,
Τὸ πρῶτον, τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν,
Τῆμος Ζεὺς ὕει τρίτῳ ἤματι, μὴ δ' ἀπολήγοι,
Μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν, μήτ' ἀπολείπων.
Οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζει,
Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, μὴ δέ σε λήθοι
Μήτ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριος ὄμβρος.
Πάρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον, καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην,
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας ἔργων
Ἰσχάνει. ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγαν οἶκον ὀφέλλει.

Μή σε κακοῦ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ,
Σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.
Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,
Χρηΐζων βιότοιο, κακὰ προσελέξατο θυμῷ.
Ἐλπὶς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
Ἥμενον ἐν λέσχῃ τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
Δείκνυε δὲ δμώεσσι, θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος,
Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται· ποιεῖσθε καλιάς.

Conſidera verò, cùm vocem gruis audieris
Altè ex nubibus quotannis clangentiſ,
Quæ & arationis ſignum affert, & hyemis tempus
Indicat pluuiæ, cor autem rodit viri bobus carentis:
Tunc ſanè paſce curuos boues domi detinens.
Facilè enim dictu eſt, par boum da & plauſtrum:
Facilè autem recuſare, inſtant verò opera bobus.
Inquit autem vir mentis compos: fabricato plauſtrũ.
Stultus etiam hoc neſcit, centum eſſe ligna plauſtri.
Horum antè curam habere oportet, domi reponendo.
Cùm primùm igitur aratio mortalibus apparuerit,
Tunc aggredere, ſimul & ſerui & tu ipſe,
Siccam & humidam arans, arationis ad tempus,
Summo manè feſtinans, vt tibi ſe impleant arua.
Vere vertito, æſtate verò iterata non te fallat:
Noualem verò ſerito adhuc leuem terram. (eſt.
Noualis imprecationũ expultrix, liberorum placatrix
Supplica verò Ioui terreſtri, Cererię, caſtæ,
Prouentum vt impleant, Cereris ſacrum munus,
Arare vt primùm incipis, cùm extremum ſtiuæ
Manu capiens, ſtimulo boum terga attigeris
Quercum temonem trahentiũ loro, iuuenis autem ponè
Seruus, ligonem tenens, negotium auibus faceſſat,

Semina abſcondens. Induſtria enim optima
Hominibus eſt: Ignauia verò peſſima.
Sic quidem vbertate ſpicæ nutabunt ad terram.
Si finem ipſe poſtea Iupiter bonum præbuerit.
E vaſis autem eiicies araneas, & te ſpero
Gauiſurum, victu potitum, domi exiſtente.
Lætus autem peruenies ad canum ver, neque ad alios
Reſpicies. Tui verò alius vir indigus erit.
Si verò ad ſolis conuerſionem araueris terram almam,
Sedens metes, pauxillum manu comprehendens,
Obuerſim manipulās pulueruléntus, nec valde gaudēs:
Feres autem in ſporta, pauci verò te ſuſpicient.
Aliàs verò alia Iouis mens Aegiochi,
Sed mortalibus hominibus eam deprehendere difficile.
Sin autē ſerò araueris, hoc quidem tibi remediū fuerit:
Quando cuculus canit quercus in frondibus,
Primum delectat mortales ſuper immenſam terram:
Tunc Iupiter pluat triduo, neque deſinat,
Non vtique ſuperās bouis vngulā, neque relinquens:
Ita & ſerotina aratio tempeſtiua æqualis fuerit.
Animo autem benè omnia reconde, neque te lateat
Neque ver exoriens canum, neque tempeſtiua pluuia.
Accede autem æneam ſedem, & ad calidam tabernam,
Tempore hyberno, cùm frigus homines vehemens
Detinet, tunc ſanè impiger vir valde domum auget.
Ne te malæ hyemis difficultas opprimat (premas.
Cum paupertate, macilenta verò craſſum pedem manu
Multa verò ignauus vir vanam ob ſpem expectans,
Egens victus mala intra animum verſat.
Spes verò non bona indigentem virum fert,
Sedentem in taberna, cui victus non ſufficiens ſit.
Indica autem ſeruis, æſtate adhuc media exiſtente,

Non ſemper æſtas erit: parate nidos.

COMMENTARIVS.

φράζεσθαι δ' εὖ τ' ἂν φωνὴν] Hyemis grues prænuntiæ, quæ à Septentrione in Meridiem, vitandi frigoris cauſa, quotannis auolant, idque menſe Mæmacterione (qui September eſt) vt ait Ariſtot. de nat. anim. lib. 8. cap. 12. Tũc primùm arationis tẽpus ingruit, nempe πληϊάδων δυομένων, vt anteà dicebamus.

ἐχατὸν δέ τε δούραθ' ἀμάξης] Prouerbij vicem habet, cùm ea quæ à nobis petuntur, magno conſtare indicamus. Vid. Eraſ. Chil. 4. cent. 3. 88.

οἰκήια θέσθαι]

Omnia quæ multò antè memor prouiſa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.

Virg. 1. Georg. Denique agricola ἀταμίευτος ne eſto.

ἔαρι πολεῖν] Noualis terræ cultum hîc tractat, de quo etiam ibidem Virgil.

Vere nouo, gelidus canis cùm montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit,
Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & ſulco attritus ſplendeſcere vomer.
Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, bis quæ Solem bis frigora ſenſit,
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.

Et Probus apud Plin. 18. hũc eſſe Virgilij ſenſum docet. Itaque ager noualis initio Veris proſcinditur, æſtate ſequenti ſiccatur: deinde ineunte hyeme ſemẽte facta, ſequenti æſtate reddit fructum, vt bis ita ſentiat frigus, bis ſolem. Pingue ſolum

quater aratur, tenuius ter tantùm.

εὔχεσθαι] Sic Virg.

Imprimis venerare Deos: atque omnia magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ ſub caſu hyemis, iam Vere ſereno, &c.

Piè hoc veteres, vt & Hippolytus Euripidis, ἐπίσταμαι δέ πρῶτα θεοὺς σέβειν.

σπέρματα κακκρύπτων] Hoc ait Cato *ſegetem defraudare. Segetem*, inquit, *villicus ne defraudet, nam id infelix eſt*.

εἰ τέλος] Id etiam piè. Fruſtrà torquentur improbis illis laboribus homines, niſi ſuos ſucceſſus Deus impertierit. Dicamus ergo vt & ille in ſacris, οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ᾽ ὁ αὐξάνων θεός.

ἐκ δ᾽ ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια] Dictum παροιμιακῶς, vt doliorum curam commendet. Nam locis incultis texunt araneæ. Vnde illa δὴν Vlyſſis apud Homerum,

χήτει ἐνευναίων κάκ᾽ ἀράχνια κεῖται ἔχουσα.

In cuius loci enarratione Euſtathius huius quoque loci Heſiodei meminit. Vide Homericas noſtras commentationes.

εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῆς] Serò arant qui Solis conuerſionem expectant. Nam τροπὴν rectè dictam Tullius docuit à conuerſione quam Sol ad nos facit, illam nempe quæ fit poſt Solſtitium hyemale, ὁπηνίκα τοῦ πρόσω βαδίζειν ἐπαυσάμενος ὁ Ἥλιος ἐπιστρέφει, καὶ ἀνακάμπτει πάλιν πρὸς ἡμᾶς, inquit, Plut. in Rom. quæſt. è contra itaque dicetur altera reuerſio à nobis: Poſſis & τροπὴν ἰσημερινὴν quæ fit in Ariete intelligere: cùm altera fiat in Libra, quæ

Tropica alij dicta volunt, quòd per ea mutetur temporum ſtatus, puta frigus in æſtatem, & contrà. Nam, vt ait Ariſt. Μετεωρ. β. διὰ τὴν φορὰν τὴν ἐπὶ τροπὰς, καὶ ἀπὸ τροπῶν, θέρος τε γίνεται καὶ χειμών.

ἥμενος ἀμήσεις] Sedent verè, qui nullo labore agitantur, & ſola occupationum penuria laborant. Sedendo metit, cui nulla ſupereſt colligenda meſſis. Hæc eſt ignauia tardæ arationis vana merces. Ita ignauos & ſocordes καθῆσθαι dicunt Græci, vt ille apud Plutarchum περὶ τύχης, κάθηται τῇ τύχῃ προσδεχόμενος ἱμάτιον αὐτῷ καὶ ὑποδήματα φύεσθαι. Sic Latini, vt apud Virg. 3. Georg.

» *— alitur vitium, viuitq; tegendo*
» *Dũ medicas adhibere manus ad vulnera paſtor*
» *Abnegat, & meliora Deos ſedet omnia poſcens.*

Et Æneid. 12.

» *— ſedeant, ſpectentq; Latini.*

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος] Poteſt & Deus ſeros illos labores fortunare, ſed qui ſedendo hoc poſcit, & ignauiæ ſuæ obſtinatè confidit, ſpem omnem potiùs abiicit, quæ ſolidè ex præiacentium laborum prouentu firmari poterat. Inſcientibus enim nobis, quid Numen ſtatuerit, non tutò obrepit veternus: ſic ſæpius inopiam conciliamus, & ſedentes denique metimus, quod ſedentes ferebamus.

εἰ δέ κεν ὀψ' ἀρόσῃς] Supererat hoc ſeræ arationis remedium, vt ſi eo tempore quo cantat cuculus (qui & Coccyx à Plinio 10. 9.) per triduum pluerit poſſit arationis tempeſtiuæ iactura reparari. Tardè arant qui dum terra caloribus ſicceſcat expectant, ſiquando tamen id acciderit, arari tamen poteſt, ſi magnis, vt fit nonnunquam, ac ſubitaneis

ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuiis permaduerit, ait Colum.2.4. *Sed quandocunque, inquit, arabitur, obſeruabimus, ne lutoſus ager tractetur, néue exiguis nimbis ſemimadidus, quam terram ruſtici variam carioſamque appellant. Ea eſt cùm poſt longas ſiccitates leuis pluuia ſuperiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attingit. Nam quæ limoſa verſantur arua, toto anno deſinunt poſſe tractari, nec ſunt habilia ſementi, aut occationi, aut ſationi. At rurſus, quæ varia ſubacta ſunt, continuo triennio ſterilitate afficiuntur. Medium igitur temperamentum maximè ſequamur in arandis agris, vt neque ſucco careant, nec abundent vligine*, &c. Hoc temperamentum Heſiodus eo verſu docuit,

μήτ' ἄρ ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλὴν, μήτ' ἀπολείπων.

πὰρ δ' ἴθι] Quid ſingulis tempeſtatibus faciendum ſit, ſingulatim enucleat Vates. Hyeme, inquit, quieſcendum, & danda ſolùm opera vt te ſaluum & tutum à frigorum aſperitate arceas: & partis domíque repoſitis fructibus perfruaris. Sequitur ἀκριβέστερος hyemis ipſius deſcriptio.

χαλκήϊον θῶκον] Homerus quoque Odyſſ. σ. ita loquutus eſt,

οὐδ' ἐθέλεις εὕδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν
ἠέπου ἐς λέσχην.

Vbi Euſtathius δόμον χαλκήϊον, ait fuiſſe τὸ τῶν χαλκέων ἐργαστήριον, ἔνθα εἰσιόντες ἀκωλύτως πτωχοὶ ἐκοιμῶντο περὶ τῷ πυρί· ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς βαλανείοις ἐγίνετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικός. Ibidem quoque λέσχην eſſe dicit, δημόσιον ἀθύρωτον οἴκημα, ἔνθα οἱ ἐπαῖται συναγόμενοι, ὡς λέχος τε αὐτὸ εἶχον, καὶ ἐλέσχαινον δὲ, ὅ ἐστιν ὁμίλουν, τὰ δοκοῦντα δηλαδὴ αὐτοῖς. Vbi & huius quoque Heſio-

dei loci meminit. Videtur porrò Heſiodus pauperem adhuc nobis agricolam obtrudere, quē iam non in inſtructa & luculenta domo cohibeat, ſed ad publica illa, & ipſis pauperibus ſolùm patentia conuenticula veluti amandet.

ἔνθα κ' ἄοκνος] Quemadmodum vir impiger hyeme domum augeat, vix dicas: nam ea tempeſtas ceſſationem potiùs inducit. Itaque Virgilius 1. Georg. hyemem colonis ignauam appellauit,

„ *Frigoribus parto agricolæ plerumq; fruuntur,*
„ *Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant.*

Et mihi forſan hîc hæret aqua.

μή σε κακοῦ] Qui tempora laboribus deſtinata per ignauiam ſibi periiſſe paſſus eſt, in ipſa quieti deſtinata tempeſtate, paupertatis quoque anguſtiis conflictari ſe ſentit, & cicadæ apologum verè effingit, ſecus atque ille qui formicam æmulatur repoſita domi copiâ fruitur, & hyemis duritiem prouidentia ſua eluſiſſe ſibi gaudet. De his anteà pluribus locis.

λεπτῇ δὲ παχὺν] Marceſcunt fame manus, turgēt pedes frigore, ei qui ſua induſtria inopiam non eluctatur. Vid. Eraſmum Chil. 4. Centur. 3. 85.

οὐκ αἰεὶ θέρος] Eſt & hoc παροιμιῶδες apud eundē Eraſmum eadem Centuria. 86.

Μῆνα δὲ ληναιῶνα, κάκ' ἤματα, βουδόρα πάντα,
Τοῦτον ἀλεύασθαι. καὶ πηγάδας, αἵτ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεύσαντος βορέαο δυσηλεγέες τελέθουσιν·
Ος τε διὰ θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ
Εμπνεύσας ὤρινε. μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη.
Πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους, ἐλάτας τε παχείας,

Οὔρεσ' ἐν βήσσῃς πιλνᾷ, χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἐμπίπτων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.
Θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο,
Τῶν καὶ λάχνῃ δέρμα κατάσκιον· ἀλλά νυ καὶ τῶν
Ψυχρὸς ἐὼν διάησι δασυστέρνων περ ἐόντων.
Καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται, οὐδέ μιν ἴσχει.
Καί τε δι' αἶγα ἄησι τανύτριχα. πώεα δ' οὔτι,
Οὕνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, οὐ διάησιν
Ις ἀνέμου βορέου. τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησι.
Καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπαλόχροος οὐ διάησιν,
Ητε δόμων ἐντόσθι φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,
Οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου ἀφροδίτης.
Εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ
Χρισαμένη, νυχίη καταλέξεται ἔνδοθεν οἴκου,
Ηματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει,
Εν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ, καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν.
Οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομὸν ὁρμηθῆναι,
Αλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε
Στρωφᾶται, βράδιον δὲ πανελλήνεσσι φαείνει.
Καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται,
Λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρυὰ βησσήεντα
Φεύγουσιν. καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν,
Οἳ σκέπα μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι,
Καὶ γλάφυ πετρῆεν· τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
Οὗτ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται
Τῷ ἴκελοι φοιτῶσιν, ἀλευόμενοι νίφα λευκήν.
Καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,
Χλαῖνάν τε μαλακὴν, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα.
Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι.
Τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι,
Μὴ δ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
Αμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο

Ἁρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.

Menſẽ verò Ianuariũ,malos dies,bobus nocẽtes omnes:
Hunc vitate:& glacies,quæ quidem ſuper terram
Flante Borea moleſtæ exiſtunt,
Qui per Thraciam equorum altricem lato mari
Inſpirans concutit, remugit autem terra & ſylua,
Multas verò quercus alticomas,abieteſq́ denſas
Montis in vallibus deijcit, terræ multos paſcenti
Incumbens, & omnis reboat tunc ingens ſylua:
Feræ autem horrent,caudaſq́ ſub pudenda ponunt
Eæ etiam quarum vellere cutis denſa eſt,& quas
Frigidus exiſtẽs perflat hirſuta licèt pectora habẽtes.
Quinetiã per bouis pellẽ penetrat, neq; ipſum cohibet:
Etiãq́ per caprã flat hirſutã,ouiũ autẽ greges nõ item,
Eo quòd annui ipſarum villi ſunt,non perflat
Vis venti Boreæ,incuruum verò ſenem facit.
Et per tenelli corporis virginem non perflat,
Quæ ædes intra charam apud matrem manet,
Nondum opera experta aureæ Veneris,
Beneq́ lota tenerum corpus,& pingui oleo
Vncta,noctu cubat intra domum (arrodit,
Tẽpore hyberno, quando exoſſis polypus ſuum pedem
Inq́ frigida domo, & in habitaculis triſtibus.
Non enim illi ſol oſtendit pabulum vt inuadat,
Sed ſuper nigrorum hominum populumq́ & vrbem
Vertitur, tardius autem vniuerſis Græcis lucet.
Et tunc ſanè cornutæ beſtiæ & incornutæ ſyluicubæ
Miſerè dentibus ſtridentes per quercetum valloſum
Fugiunt, & paſſim omnibus idipſum curæ eſt:
Quæ tecta inquirentes,denſas latebras habent,
Et cauernas petroſas, tũc vtiq; tripedi homini ſimiles,

Cuius & ad humeros incuruatũ eſt caput, & pauimen-
Huic ſimiles incedũt, vitãtes niuem albã. (tũ ſpectat:
Et tunc indue munimentum corporis, vt te iubeo,
Chlænamq́, mollem, & talarem tunicam.
Stamine verò in pauco multam tramam intexe.
Hanc circum induito, vt tibi pili non tremant,
Neque erecti horreant, leuati per corpus.
Circum verò pedes calceos bouis fortiter occiſi
Aptos ligato, pilis intus condenſans.

COMMENTARIVS.

μῆνα δὲ ληναιῶνα] Proculdubio tempeſtatem frigidiſſimam innuit: itaque hunc menſem Ianuariũ eſſe dicit Grammaticorum conuaſator Phauorinus: ἐκλήθη δὲ, inquit, οὕτως, ἐπειδὴ τῷ διονύσῳ τῷ τῶν ληνῶν ἐπιστάτῃ ἐτέλουν ἑορτὴν τῷ μηνὶ τούτῳ, κατὰ δέ τινας διὰ τὸ τοὺς οἴνους ἐν αὐτῷ κομίζειν. Addit hunc eſſe reliquorum menſium principem, quaſi Bœotis idẽ fuerit anni initium, quod nobis, & Romanis: cùm tamen Atticos à decima quinta Iunij die, i. æſtiuo Solſtitio, annum ſuum inchoaſſe certum ſit: à quibus porrò Bœotos diſſenſiſſe fatendum, nempe in ipſa menſium ratione, vt & in eorum nominibus. Euſtath. Iliad. ρ. indefinitè menſem frigidum eſſe dicit, nullo aſſignato notiori vocabulo. Sed quid lego apud Heſychium, ληναιὼν μὴν, inquit, οὐδένα τῶν μηνῶν βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν, εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος βουκάτιον, καὶ γὰρ ψυχρός ἐστιν· ἔνιοι δὲ τὸν ἑρμαῖον, ὅς μετὰ τὸν βουκάτιόν ἐστιν, καὶ γὰρ ἀθηναῖοι τὴν τῶν ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. Atqui Heſiodus Bœotus huius menſis meminit. Itaque legendum pro οὐδένα, fortè, ὃν ἕνα. Bucatium autem menſem primum apud

Thebanos docet Plutarchus in vita Pelopidæ. Hunc locum Heſychij P.Faber Aruernus obſcurũ exiſtimabat,& veteris cuiuſdam codicis luce indigere, ſed hæc alius ſunt loci,& otij.

βούδορα πάντα] De voce *βούδορα*, hæc ad hunc locum pertinentia Euſtathius Iliad. ρ. *καθὰ καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ τοῦ χειμῶνος ἐκφράσει βούδορα εἰπὼν ἤματα παροξυτόνως κατὰ παθητικὴν σημασίαν, ἐν οἷς βόες ἀποδέρονται, ἢ κατὰ ἐνέργειαν παροξυτόνως τὰ τοὺς βοῦς ἐκδέροντα, διὰ τοῦ μέρους τῶν βοῶν δηλαδὴ, πάντα ζῶα ἐδήλωσεν.* Eodem libro duo illi verſus Homerici, in quorum enarratione occupatur Euſtathius, huc quoque ſpectant, vbi Iridem à Ioue mitti dicit, vt ſit

» — *τέρας ἢ πολέμοιο*
» *ἢ καὶ χειμῶνος δυσθαλπέος, ὅς ῥά τε ἔργων*
» *ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονὶ, μῆλα δὲ κήδει.*

Vbi idem rurſus Euſtathius, *ὅτι δὲ ὁ σφοδρὸς χειμὼν ἀναπαύει ἔργων ἀνθρώπους, δηλοῖ καὶ Ἡσίοδος, ὅς καὶ ὁρίζει καιρὸν τῇ τοιαύτῃ ἀναπαύσει, ὅτε ὁ ληναιὼν ἐνίσταται μήν.*

πνεύσαντος βορέαο] Quatuor mũdi cardines quatuor ventorum genera emittunt, qui numerus veteribus tantùm cognitus fuit, (vt aliàs in Homero annotauimus) hebeti tamen ratione, vt mox iudicatum eſt, inquit Plin. 2.47. Nam ſecuta ætas binos ſingulis cæli partibus aſſignauit, ſed tãdem hic numerus in ſexdecim, demùm verò in triginta duo excurrit, mira nauigantium & ſubtili obſeruatione. Sed illa omnia iam vſu cuiuis innotuêre, nec iam vtribus incluſos ventos Æolus nos celauerit. Nondum memini Poëtas alios ventos præter primores illos quatuor commemorare, quorum deſcriptio eſt apud Ouid. 1. Metam.

» *Eurus ad Auroram Nabathæaq́ regna receſſit,*
» *Perſidaq́ & radiis iuga ſubdita matutinis:*
» *Veſper, & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,*
» *Proxima ſunt Zephyro: Scythiã ſeptẽq́ triones*
» *Horrifer inuaſit Boreas: contraria tellus*
» *Nubibus aſſiduis, pluuioq́ madeſcit ab Auſtro.*

Eoſdem Nonnus Dionyſ. λϑ' recenſet,

» θωρήξω δ' ἐς ἄρηα καὶ αἰόλον, ὄφρα νοήσω
» εὖρον ἀκοντίζοντα, καὶ αἰχμάζοντα βορῆα
» γαμβρὸν ἐμοῦ προμάχου μαραθωνίδος ἅρπαγα νύμφης,
» καὶ νότον αἰθιοπῆα περαστιστῆρα λυαίου·
» καὶ ζέφυρον πολὺ μᾶλλον ἀελλήεντι κυδοιμῷ,
» ὁλκάδας ἀντιβίων δηλήσεται.

A Septentrione igitur, ad quem eſt Thracia erũpit Boreas, ſuo impetu, & aſtringente frigore notiſſimus. Eius ἔκφρασις elegans hoc loco: ſed & illa Ouidiana 6. Metam. huc facit, vbi Boreas ipſe προσωποποιούμενος ſic ait,

» *Apta mihi vis eſt, hac triſtia nubila pello,*
» *Hac freta concutio, nodoſaq́ robora verto,*
» *Induroq́ niues, & terras grandine pulſo.*
» *Idem ego, cùm fratres cælo ſum nactus aperto,*
» *(Nam mihi cãpus is eſt) tanto molimine luctor,*
» *Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,*
» *Exiliantq́ cauis eliſi nubibus ignes.*
» *Idem ego cùm ſubij conuexa foramina terræ,*
» *Suppoſuiq́ ferox imis mea terga cauernis*
» *Sollicito Manes, totumq́ tremoribus Orbem.*

καί τε δὶ αἶγα] Per ſe capra alſioſum pecus, ideò illud melius ſtabulari ad hybernos exortus ſi ſpectat ait Varro 2. de re ruſt. cap. 3. Capras ibidem duûm generum facit, alias crebro pilo, alias gla-

bras, præſtant quæ denſo & longiſſimo ſunt pilo, vt eſt apud Colum. 7.6.

πώεα δ' ἔπι] Atqui hoc pecus quamuis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt, inquit Colum. 7.3. Ideò eius ſtabula poni debere cōtra medium diem ait, vt hyeme calida ſint. Itaque oues maximè ſcabie infeſtari, ait Virgilius,

„ — *cùm frigidus imber*
„ *Altiùs ad viuum perſedit, & horrida cano*
„ *Bruma gelu.*

Omnino tamen hirtæ oues magis ſe à frigore quàm capræ tuentur.

τροχαλὸν] Senectuti deſunt humor & calor, itaque frigus illi inimiciſſimum. Ergo hyeme fit ad focum conſidēdo ſenex quaſi τροχαλὸς & totus cernuus, δίκην τρόχου κεκαμμένος καὶ κεκυφώς, vt exponunt Grammatici: cæteras interpretationes huius verbi ab hoc loco abeſſe iubeo.

εὖ τε λοεσσαμένη] Hæc adduntur ad molliorem illam vitam exponendam, quâ virgo ſe tutiorem à frigoribus præſtat. Lauabantur veteres & vngebantur maximè ante cœnam: qui mos primùm vtilitatis fuit, deinde etiam voluptatis. Vtilitas ſanitatem corporis ſpectat, quæ à contractis ſordibus non leuiter perſtingitur. Itaque Heroës Homerici loti & vncti, id eſt,

„ λοεσσαμένω, καὶ χρισαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
„ δείπνῳ ἐφιζανέτην.

Lauabantur autem tum frigida, nempe aqua marina, tum calida, namque ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστους λούσαντο. Deinde oleo vngebantur, ἐμπλάστ-

τες τοὺς σωματικοὺς πόρους, ὡς ἂν μετὰ λουτρὸν στέγοιεν τὴν ὑγρότητα, inquit Euſtath. ad eum locum Homeri Iliad. χ. Huius lauationis & vnctionis plura exẽpla in eodem Poëta, quæ fruſtrà ad rem notam huc aduocauero. Vide ſis recẽtem libellum ſummi illius Vrſini in appendice ſua ad P. Ciacconij Triclinium. Denique rectè Euſtathius, εἰσήχθη, inquit, τὸ βαλανεῖον ῥύπου μὲν ἀποθετικὸν, ἀναψυχῆς δέ τινος αἴτιον. Sed & Athenæus lib. 1. appellat balnea ἄκη πόνων παντοίων. Apud Romanos rara primùm, & vt diximus, ad valetudinem tantùm, adeò vt & tenebricoſis locis ac incultis ſtatuerentur: vbi ad delicias inſana ſequens ætas erupit, tota res facta eſt ſumptuoſior & frequentior. Quo de elegans illa Epiſtola 86. vbi antiquum Scipionis Africani balneum cum ſui temporis luxu Seneca componit. Quòd hîc autem virgo per hyemem oleo inungitur, poteſt ex eo etiam vtile videri, quòd oleo natura ſit tepefacere corpus, & contra algores munire, ait Plin. 15.4. Hunc quoque liquorem membra recreare idem dixit 12.1. & Diſarius apud Macrob. lib. 7. cap. 12. oleum non minorem vim, quàm vinum in corporibus calcfactandis habere: *Duo ſunt liquores*, inquit Plin. dicti libri cap. 22. *corporibus humanis gratiſſimi, intus vini, foris olei, arborum è genere ambo præcipui, ſed olei neceſſarius.* Pollio Romulus centeſimum annum excedens à Diuo Auguſto interrogatus, *quánam maximè ratione vigorem illum animi corporiſq; cuſtodiſſet*: reſpondit, *Intus mulſo, foris oleo*, eodem Plinio teſte lib. 22. cap. 24. Quod & Democritum reſpondiſſe meminit Athenæus, interrogatum

πῶς ἂν ἄνοσοι καὶ μακραίωνες γίγνοιντο οἱ ἄνθρωποι.

ὅτ' ἀνόστεος] Prouerbij ſpecie indigum hominẽ ſignificat, quem omnium rerum copia deficit, & præ victus penuria fit quaſi *αὐτοφάγος*. Inde tractũ quod Polypus deficiente cibo brachia ſua arrodere creditus eſt, ſed falsò, vt ait Plin. 9. 29. Id enim, inquit, à congris euenit ei. Quod tamen diſertè Oppianus *ἁλιευτ.* aſſerit,

" *ἀλλ' οἵ γε γλαφυρῇσιν ἐνεζόμενοι θαλάμῃσιν*
" *πνίξαντες δαίνυνται ἑοὺς πόδας, ἠύτε σάρκας*
" *ἀλλοτρίας.*

Itaque Ioannes Grammaticus Polypodas vocat *κολοβόποδας*. Ælianus quoque ſubſcribit Oppiano, ſed Plinio Athenæus *δειπνοσ. ζ'. λέγουσι δὲ*, inquit, *καὶ ὡς ἂν ἀπορήσῃ τροφῆς ὅτι αὐτὸν κατεσθίει, ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ Κωμῳδοποιὸς φερεκράτης. οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν ἀγρίοις ἐνθρύσκοισι, καὶ βρακάνοις, καὶ στρουβύλοις ζῆν, ὁπόταν δ' ἤδη πεινῶσι σφόδρα ὥσπερεὶ τοὺς πολύποδας νύκτωρ περιτρώγειν ἑαυτῶν* (ſic enim legendum non *ἐν τῷ* vt vulgo) *τοὺς δακτύλους, καὶ δίφιλος ἐν ἐμπόρῳ πολύπους ἔχων ἁπάσας ὁλομελεῖς τὰς πλεκτάνας οὐ περιβεβρωκὼς ἑαυτὸν ἐστι, φίλτατε. τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος, ὑπὸ γὰρ τῶν γόγγρων διωκόμενος τοὺς πόδας ἀδικεῖται.* Vt vt ſit, Heſiodus vulgi opinionem ſecutus eſt. Cæterùm Polypus inter exoſſes & ſanguine carentes computatur; molles vocat Plinius. nam & cruſtis & teſtis concluſi ſanguine quoque carent.

οὐ γάρ οἱ ἠέλιος] Hoc ait, viro illi *αὐτοφάγῳ* per hyemem Sol ille qui totũ colluſtrat lumine mundum, nihil tamen videndum præbet quod ab eo in victum captari poſſit, quãdoquidem terra ſuis frugibus deſtituta, ne per frigidam quidem illam

tempeſtatem iis ferendis apta eſt: ſiquidem qui calor à Sole manans humori coniunctus omnia generat, procul ab illa regione abeſt in qua ſterilitas illa conſpicitur.

τρίποδι]Notum eſt illud Sphingis Oedipodi obiectũ ænigma, *τετράπους, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους*, quod iſto continetur Epigrammate,

» *ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή,*
» *καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν*
» *ἑρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον·*
» *ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,*
» *ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.*

Quod Oedipus de homine eſt interpretatus. Quẽ autem hîc *τρίποδα* dicit Heſiodus, anteà eidem eſt *ὑγχαλός*.

Πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπόταν κρύος ὥριον ἔλθοι,
Δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ
Υετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλέην· κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν,
Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.
Ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται, βορέαο πεσόντος.
Ηῷος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Αὴρ πυροφόρος τέταται, μακάρων ἐπὶ ἔργοις·
Ος τε ἀρυσάμενος ποταμῶν ἀπὸ αἰενόντων,
Υψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ,
Αλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι,
Πυκνὰ θρηϊκίου βορέου νέφεα κλονέοντος.
Τὸν φθάμενος, ἔργα τελέσας, οἶκον δε νέεσθαι,
Μή ποτέ σ' οὐρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ,
Χρῶτά τε μυδαλέον θείῃ, κατὰ θ' εἵματα δεύσῃ.
Αλλ' ὑπαλεύασθαι. μεὶς γὰρ χαλεπώτατος οὗτος
Χειμέριος, χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.

Τῆμος δ' ὤμισυ βοῶν, ἐπὶ δ' ἀνέει τὸ πλέον εἴη,
Αρμαλιῆς. μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσί.
Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν,
Ισοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰσόκεν αὖθις
Γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.
Εὖτ' ἂν ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
Χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, δή ῥα τότ' ἀστὴρ
Αρκτοῦρος, προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο,
Πρῶτον παμφαίνων, ἐπιτέλλεται ἀκροκνέφαιος.
Τὸν δὲ μετ' ὀρθογόη πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν,
Ες φάος ἀνθρώποις ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Τὴν φθάμενος, οἴνας περιταμνέμεν. ὣς γὰρ ἄμεινον.

Primogenitorũ verò hœdorũ, cũ frigus tẽpeſtiuũ venerit,
Pelles conſuito neruo bouis, vt ſuper humerum
Pluuiæ arceas teporem, ſupra caput verò
Pileum habeto elaboratum, vt aures ne humefiant:
Frigida enim aurora eſt, Borea cadente.
Matutinus verò ſuper terram à cœlo ſtellifero
Aër frugifer, extenſus eſt beatorum ſuper opera.
Qui hauriens è fluminibus ſemper fluentibus,
Altè ſupra terram leuatus venti procella
Interdum quidem pluit ad veſperam, interdum flat,
Denſas Thracio Borea nubes excitante.
Hunc anteuertens, opere perfecto domum redi,
Ne quando te cœlitus tenebroſa nubes circumtegat,
Corpuſq́; madidum faciat, veſtes humectet:
Sed euitato. Menſis enim difficillimus hic
Hybernus: difficilis ouibus, difficiliſq́; hominibus.
Tunc medium bobus, homini verò amplius adſit
Alimoniæ, longæ enim validæq́; noctes ſunt.
Hæc obſeruans perfectum in annum

Aequato noctéſq; & dies, donec rurſum
Terra omnium mater fructum omnigenum proferat,
Quum ſexaginta poſt verſiones ſolis
Hybernos perfecerit Iupiter dies, tunc ſanè ſtella
Arcturus relinquens immenſum fluctum Oceani,
Primus totus apparens exoritur veſpertinus.
Poſt hunc mane lugens Pandionis prorumpit hirundo
Ad lucem hominibus, Vere nuper cœpto.
Hanc præuertens, vites incidito: ſic enim vtile.

COMMENTARIVS.

περιτροπέων δ' ἐείφων] An de ſignis cæleſtibus quos pluuias & tempeſtates homini inferre monet ſacra illa cæli ſciẽtia, hoc intelligẽdum? Vide Plin. 18.28. Sed hoc non ad rem.

ὅς τε ἀφυσσάμενος]Halitus illi à fluminibus ad cælos aſcendentes, tum in pluuias, tum in ventos reſoluuntur. Halitus dixi, quas Ariſtoteles ἀναθυμιάσεις vocat, eáſque facit duplices: alteram quę ἀτμὶς, id eſt, ὑγροῦ πλέον ἔχουσα πλῆθος ἀναθυμίασις, alteram quæ καπνὸς & ξηροῦ πλέον ἔχουσα πλῆθος ἀναθυμίασις dicitur: Ex illa pluuiæ, ex hac venti. Ita diſcernit vtriuſq; cauſas Philoſophus Μετεωρ. β'. Nam quid te pluribus morer?

ἥμισυ δ' ὤμοισιν] Ne penuria cibi macreſcat pecus, inquit Colum. 5.3. Quòd plus dimidio quàm anteà pabula bobus exhiberi præcipit, nunquid eò ſpectat quòd Bruma, id eſt hyemali Solſtitio, nox plus dimidio maior eſt quàm dies? Eſt enim tum dies octo, nox horarum ſedecim. Ita συνεκδοχικῶς ad duos menſes medietatem illam pabuli extendit.

ἰσοῦσθαι] Fortè an. Hæc ita fac, inquit, per bimeſtre tempus, id eſt *ἑξήκοντα τροπὰς ἠελίοιο*: vt mox dicet, donec ad vernum Æquinoctium deueneris, quod menſe accidit Martio. Sed potius, ita fac, inquit, perpetua & æquali dierum & noctium ratione quoad illam pabuli diſtributionem, vt diximus.

ἀρκτοῦρος] Poſt duos illos menſes elapſos, Arcturus veſperi totus exoritur. Nota ex. Theophraſto *περὶ πνδ.* Duplicem eſſe ortum, duplicem item occaſum ſiderum. Aut enim cum oriente Sole oriuntur, aut cum occidente: eadémque ratione aut cum oriente, aut cum occidente occidunt. Vbi quoque de Arcturo loquẽs eum hyeme Veſperi, Autumno manè oriri tradit. Audi locum integrum: *τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς ἄστροις δυομένοις, καὶ ἀνατέλλουσιν ἐκ τῶν ἀστρονομικῶν δεῖ λαμβάνειν· εἰσὶ δὲ δύσεις διτταὶ, εἴτε γὰρ ἀφανισμοί δύσεις εἰσὶ, τοῦτο δὲ ἐστιν ὅταν ἅμα συνδύνῃ τῷ ἡλίῳ τὸ ἄστρον, καὶ ὅταν ἀνατέλλοντι δύνῃ· ὁμοίως δὲ καὶ ἀνατολαὶ διτταὶ, αἱ μὲν ἑῶοι, ὅταν προανατέλλῃ τοῦ ἡλίου τὸ ἄστρον· αἱ δὲ ἀκρόνυχοι ὅταν ἅμα δυομένῳ ἀνατέλλῃ. αἱ μὲν οὖν τοῦ Ἀρκτούρου λεγόμεναι ἀνατολαὶ ἀμφοτέρως συμβαίνουσιν· ἡ μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἀκρόνυχός ἐστιν. ἡ δὲ μετοπωρινὴ, ἑῶα.* Vide quoque Apollonij Interp. lib.2. Plin. lib.18. cap.25. *Exortus*, inquit, *occaſuſque binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur ſtellæ, & conſpici deſinunt, aut eiuſdẽ abſceſſu proferunt ſe. Emerſum hoc meliùs quàm exortum conſuetudo dixiſſet, & illud occultationem potiùs quàm occaſum. Alio modo, quo die incipiunt apparere, vel deſinunt, oriente Sole, aut occidente, matutini veſpertiniúe cognominati, prout alterutris eorũ manè*

vel crepuſculo contingit. Dodrantes horarum, cum minimum interualla ea deſiderant antè Solis ortũ, vel poſt occaſum vt aſpici poſſint. Oritur autem Arcturus veſperi 9. Cal. Martij, ſecundum Cæſarem. Sed heus tu, lector, ortus & occaſus iſtos non ad certos & præfinitos dies alliga. *Omnino enim omnium dierum ipſorum anni, ſoliſq; motus propè inexplicabilis ratio eſt,* inquit eodem loco Plinius. *Ad* 365. *adijciunt etiamnum intercalarios diei noctiſque quadrantes. Ita fit vt tradi non poſſint certa ſiderum tempora.* Quàm varia ſit temporum aſſignatio, docet illa authorum inter ſe diſſenſio, ſed & ipſa ratio computandi. Nam licèt trecentis ſexaginta quinque diebus annus integer finiatur, quarto tamen quoque anno dies intercalari ſolet, vt ad ſolis curſum magis quadret. In quo tamen die intercalario quadraginta quatuor minuta pluſquã par ſit adhibentur, qui numerus plurium annorum ſpatio ita increſcit, vt centeſimo triceſimo primo quoque anno vnius diei interuallum recedat à ſtato & præfixo die, qui ante illum centeſimum triceſimum primum annum ſtatuebatur. Verbi gratia, Æquinoctium vernum quod Cæſaris tempore in 25. Martij incidebat, poſt quadringentos circiter annos penè in vigeſimum ſecundum diem Martij retrolapſum eſſe, vſque ad Nicenam Synodum Iulio menſe anni incarnationis 331. celebratam, compertum eſt. Cui malo medentes ſancti illi Patres, certâ quadam & ſubtili elapſi iam temporis & futuri ſymmetria, Æquinoctium illud in viceſima prima eiuſdem mẽſis Martij die collocarunt, quod tamen tempus

inde ad hoc tempus per duodecim dierum ſpatiũ plus minus retrò ceſſit. Idem reliquis ſideribus accidit, vt eorum ortus & occaſus ratione noſtri, & incertæ illius menſuræ temporum ſemper aliqua parte retrolabantur. Quod ei diligenter animaduertendum eſt, qui has minutias cæleſtium corporum motus ad calculos exigit. Sed & regionum diuerſitas non leue habet in hac σκέψει momentum. Aliud Attica, aliud Macedonia, aliud Ægyptus, aliud Bœotia, aliud Helleſpõtus, aliud Ionia, aliud Peloponneſus, aliud Aſſyria, aliud Africa obſeruabunt. Et hæc in tranſcurſu.

τὸν δέ μετ' ὀρθρογόη] Circa huius ſideris emerſum viſuntur hirundines, & ſpirat Fauonius, vnde eum Chelidonian, & Ornithian dictum à quibuſdam ait Plin. lib. 2. cap. 47. *Abeunt*, inquit idem lib. 10. cap. 24. *& hirundines hybernis menſibus, ſola carne veſcens auis, ex iis quæ aduncos vngues non habent, ſed in vicina abeunt, apricos ſecuta montium receſſus: inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atque deplumes.* Has capite ſequenti *ſemeſtres* vocat (vt columbas, *perennes*: turdos & turtures, *trimeſtres*) quod per illud ſpatium demum conſpiciantur. Hæc eſt ergo illa auis Veris πρόδρομος, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς, vt teſtabantur Rhodij illi χελιδονίζοντες apud Athenæum lib. 8.

τὴν φθάμενος] Vites incidi paulò ante Veris initium monet: quod in aliquot regionibus, vbi maturiùs frigora fiunt aſperiora inter Æquinoctium autumnale & Virgiliarum occaſum, meliùs verno tempore ait Varro 1. 34. Vide Colum. lib. de arbor. cap. 5. Palladius diſtinguit, & *Menſe februario*, inquit,

inquit, *locis frigidis aliquatenus, & temperatis vitiũ iuſta putatio eſt. Sed vbi multæ ſunt vineæ, diuidantur, & pars earum, quæ Septentrionem reſpiciet, verno putetur: alia pars aduerſa clementioribus plagis, recidatur Autumno.* Hæc ille lib. 3. At initio quarti, *Martio menſe,* inquit, *locis frigidis putatio vinearum celebratur, vſque quò incipit gemma eſſe ſuſpecta.* Amabilis denique illa vernantis cæli temperies, teneris vitibus putandis opportuna, quibus tum ab hyeme, tum ab æſtate vredines imminerent. Eſt & illa ſub Autumni initium vinetorum ſatio non incommoda, ſi qua Virgilio 2. Georg. fides:

» *Optima vinetis ſatio eſt, cùm Vere rubenti*
» *Candida venit auis nigris inuiſa colubris,*
» *Prima vel Autũni ſub frigora, cùm rapidus Sol*
» *Nondũ hyemẽ contingit equis, iã præterit æſtas.*

Vbi ego *ſationem* pro vitium cura, generaliùs à Poëta dictam cenſeo. In ea curâ, princeps putatio.

Ἀλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂν φυτὰ βαίνῃ
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος οὐκέτι οἰνέων,
Ἀλλ' ἅρπας τε χαρασσέμεναι, καὶ δμῶας ἐγείρειν.
Φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον,
Ὥρῃ ἐν ἀμητοῦ, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφῃ.
Τημοῦτος σπεύδειν, καὶ οἴκαδε καρπὸν ἀγείρειν,
Ὄρθρου ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη.
Ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.
Ἠώς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου.
Ἠώς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου
Ἀνθρώπους, πολλοῖσι δ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.
Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν

Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος·
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα σείριος ἄζει,
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος. ἀλλὰ τότ' ἤδη
Εἴη πετραίη τε σκιὴ, καὶ βίβλινος οἶνος,
Μάζά τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων,
Καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας, μήπω τετοκυίης,
Πρωτογόνων τ' ἐρίφων. ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
Εν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
Αντίον εὐκραέος ἀνέμου τρέψαντα πρόσωπον.
Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥτ' ἀθόλωτος.
Τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.
Δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Δινέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος ὠρίωνος,
Χώρῳ ἐν εὐαεῖ, καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ·
Μέτρῳ δ' εὖ κομίσασθαι ἐν ἄγγεσιν. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθεν οἴκου,
Θῆτ' ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι. χαλεπὴ δ' ὑπόπορτις ἔριθος.
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομεῖν. μὴ φείδεο σίτου.
Μή ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.
Χόρτον δ' ἐσκομίσαι, καὶ συρφετὸν, ὄφρα τοι εἴη
Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν. αὐτὰρ ἔπειτα
Δμῶας ἀναψῦξαι, φίλα γούνατα, καὶ βόε λῦσαι.
Εὖτ' ἂν δ' ὠρίων καὶ σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
Οὐρανὸν, ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Ω Πέρση, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς.
Δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα ἤματα καὶ δέκα νύκτας,
Πέντε δὲ συσκιάσαι, ἕκτῳ δ' εἰς ἄγγε' ἀφύσσαι,
Δῶρα διωνύσου πολυγηθέος. αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πληϊάδες θ' ὑάδες τε, τό, τε σθένος ὠρίωνος

Δύνωσιν, τότ᾽ ἔπειτ᾽ ἀρότρου μεμνημένος εἶναι,
Ὡραίου. πλειὼν δὲ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη.

At quum domiporta à terra plantas aſcenderit,
Pleiades fugiens, tunc non amplius fodiendæ vites,
Sed falceſq; acuito, ſeruoſq; excitato.
Fugito verò vmbroſas tabernas, & ad auroram cubile,
Tempore meſſis, quando ſol corpus exiccat.
Tunc feſtina, & domum fruges congrega,
Diluculo ſurgens, vt tibi victus ſufficiens ſit.
Aurora enim operis tertiam ſortitur partem.
Aurora tibi promouet quidē viā, promouetq; laborem,
Aurora, quæ apparens multos ingredi fecit viam
Homines, pluribus verò iuga bobus imponit.
Quum verò carduuſq; floret, & canora cicada
Arbori inſidens ſtridulum effundit cantum
Frequenter ſub alis, æſtatis laborioſo tempore,
Tunc pingueſq; capræ, & vinum optimum,
Salaciſſimæ verò mulieres, & viri imbecillimi
Sunt, quoniam caput & genua Sirius exiccat.
Siccum verò etiam corpus ob æſtum. Sed tunc iam
Sit petroſaq; vmbra, & Byblinum vinum,
Libūq; lacteum, lacq; caprarum nō amplius lactantiū.
Et bouis arboriueræ caro, nondum enixæ,
Tenerorumq; hœdorum. præterea nigrum bibito vinū,
In vmbra ſedens, ſaturatus cor cibo,
Contra temperatum ventum obuerſo vultu.
Fontiſq; perennis, ac deflui, quiq; illimis ſit,
Tertiā aquæ partē infunde, quartam verò vini miſce.
Famulis autem impera, Cereris ſacrum munus
Vertere, quando primum apparuerit vis Orionis,
Loco in ventoſo, & benè planata in area.

Menſura verò diligenter recōdito in vaſis, ſed poſtquā
Omnem victum depoſueris ſufficientem intra domum,
Seruū domo carentē conducere, & ſine liberis ancillam
Inquirere iubeo, moleſta eſt autē quæ liberos habet an-
Et canē dentibus aſperū nutrito, nec parcas cibo, (cilla.
Ne quādo tibi interdiu dormiēs vir facultates auferat.
Fœnum autem importato, & paleas, vt tibi ſit
Bobus ac mulis annuum pabulum, ſed poſtea
Seruos refocillato, chara genua, & boues ſolue.
Quum verò Orion & Sirius in medium venerit
Cœlū, Arcturū autē inſpexerit roſea digitis Aurora,
O Perſa, tunc omnes decerpe domum vuas:
Exponito verò ſoli decem dies, totidemq́ noctes.
Quinque autem adumbrato, ſexto in vaſa haurito
Dona lætitiæ datoris Bacchi. Sed poſtquam vtique
Pleiadéſque, hyadéſque, ac robur Orionis
Occiderint, tunc deinde arationis memor eſto
Tempeſtiuæ, annus verò per terram accommodus ſit.

COMMENTARIVS.

πληϊάδας] His exorientibus inſtare meſſem iam in ipſo limine docuimus.

ὄρθρου ἀνιστάμενος] Moderata quiete, & ſomno tenêri eos par eſt, quibus laboris neceſſitas eſt impoſita. Itaque matutina illa excitatio maximè commendatur, in eo potiſſimùm operarum genere, in quo ipſius diei grauis & periculoſa deſudatio, qualis æſtuum feruoribus conciliari poteſt. Huc porrò pertinet illud Auroræ epithetum φερεπόνου, & quod in Hymno in Merc. Hom. ὄρθρος vocatur δημιοεργός. Audi ipſum Virg. Æn. 11.

» *Aurora intereà miſeris mortalibus almam*

» *Extulerat lucem, referens opera, atque labores.*

Illis quoque nautis apud Apoll.lib. 2.

» οὐ δέ ποτ' ἠὼς ἀνατέλλει καμάτων ἄτερ.

Sic è contra, nox verè dicatur λυσίπονος, de qua Calab.10.

» — ἐπ' ἀφρὸς ὠκεανοῖο

» νὺξ ἐλύθη, μερόπεσσι λύσιν καμάτοιο φέρουσα.

Parum ergo faciunt ad vitam, qui ſomnum, id eſt mortis imaginem, in medios producunt dies, & ſibi laborum ἀκεργυχίαν, vt ita dicam, elabi veternosè patiuntur. Neque hoc in agricultura tãtùm, ſed & in publicis rerum adminiſtrationibus, in quibus καθεύδων οὐδεὶς, οὐδενὸς ἄξιος, vt eſt in Græco prouerbio. Denique, οὐ χρὴ παννύχιον, noſti cætera.

ἦμος δὲ σκόλυμος] Σκόλυμος genus eſt cardui, & λάχανον ἄγριον ἀκανθῶδες, quod inter ἀκανθῆ collocat quoque Theophraſtus lib.6. hiſtor. plant. ἐυανθὴς ὁ σκόλυμος, inquit, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον: hoc æſtate cõtingit. *Mirum*, inquit Plin. 21. 16. *quòd ſine interuallo tota æſtate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit.* Audiendus idem author lib. 22. cap. 22. quia hunc locum attingit. *Scolymon*, inquit, (Scolymon intellige Theophraſti, non Dioſcoridis, vt monuit commentator Plinij Dalechampius) *quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine Leimonion appellant*: paulò pòſt, *Venerem ſtimulare in vino, Heſiodo & Alcæo teſtibus traditur: qui florente ea cicadas acerrimi cantus eſſe, & mulieres libidinis auidiſſimas, viroſq; in coitum pigerrimos ſcripſere, velut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valentiſſimo.* Hoc ergo Plinius ad vim Scolymi cũ vino epotæ refert, quaſi hoc innuerit Heſiodus,

fortè quod ſubiunxerit illa, καὶ οἶνος ἄριστος. Mihi Plinius de mente Heſiodi nondum fidem facit, & de ipſo æſtu omnia illa quæ ſequuntur innuere Poëtam arbitror. Nam ſi de Scolymo, cur non & de cicada, cùm vtrunque eodem carmine ſit complexus? Nec minus ipſa Scolymi facultas Plinio non conſtabit.

ἠχέτα τέττιξ] Cicadis quoque ſuus καιρὸς æſtate, (nam ἐν τοῖς ψυχροῖς οὐ γίνονται τέττιγες) in qua καύματος γινομένου, & dum æſtus feruentiſſimus eſt ſtridulo ſuo cantu indefeſſóque obſtrepunt. At non omnes, ſed mares tantùm. nam fœminæ in eo genere, quodam naturæ portento, ſilent. Sed & in maribus, maiores καὶ οἱ διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα. καὶ γὰρ οἱ ἀδιαίρετον ἔχοντες οὐκ ᾄδουσι. magis canoras, eáſque cùm canunt vocari ἀχέτας, teſtis Ariſtot. 5. Hiſt. Anim. Ita ſcriptum eſt in codice impreſſo Ariſtotelis, cùm tamen alij ἠχέτας ſcribant, & videtur Dalechampius, ſed perperam, mutandi animo id annotaſſe in Plinio, qui Achetas quoque nominauit lib. 11. cap. 26. Dores ἀχέω pro ἠχέω, ἀχέτας pro ἠχέτας dicunt, & inualuit vt & aliis ita dicerentur, vti fit. Æſchylus Prometheo

» — ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος
» ὀττοβεῖ δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.

Vbi ἀχέτας, ſonorum ſignificat, & φωνήεντα, vt exponunt Grammatici.

δενδρέῳ ἐφεζόμενος] Rectè. Nam, vt ait Ariſtot. loco ſuprà laudato, οὐ γίνονται τέττιγες ὅπου δένδρα μὴ ἔστι· διὸ καὶ ἐν Κυρήνῃ οὐ γίνονται ἐν τῷ πεδίῳ, περὶ δὲ τὴν πόλιν πολλοί. Et Plinius, *Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum, idcirco ſunt Cyrenis circa oppidum.* Quidã

emendant, & legunt, *non ſunt Cyrenis*. Sed cōſtat ex Ariſtotele in campis quidem Cyrenaicis ob illam arborum raritatem non eſſe, at certè circa ipſum oppidum. Malim tamen ita legi, *idcirco nō ſunt Cyrenis niſi circa oppidum*. Sed deproperans breuitas Pliniana forſan non ferat.

ὑπὸ πτερύγων] *Vnum hoc*, inquit Plinius, *ex iis quæ viuunt & ſine ore eſt. Pro eo quiddam aculeatum linguis ſimile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum, hoc canunt achetæ*. Vides cur Heſiodus ſub alis canere cicadas dixerit.

πιότεταται τ' αἶγες] Diximus anteà quàm ſit alſioſum hoc pecus, porrò illud hyeme par eſt macreſcere, æſtu contra impinguari, quo inſuper tempore pabula vberiora depaſcitur.

οἶνος ἄειστος] Vinum præſtantiſſimum æſtate ideò dicit, quòd iam inde à vindemiarum tempore defæcatum, puriores & acriores ſibi ſpiritus conciliarit, qui per æſtum diſſoluto ac diſcuſſo concreti ac frigidi aëris ſtupore liberiùs emicāt. Nam vt vinum natura non gelaſcat, tamen ad frigus ſtupeſcit, teſte vſu, & Plinio lib. 14. cap. 21. id eſt vires & saporem habet obtuſiores. Aliôqui caloribus vina aceſcunt. Colum. lib. 12. cap. 36. *Quantò maior æſtus erit, eò ſæpiùs conuenit vinum nutriri refrigerarique & ventilari: nam quamdiu benè frigidum erit, tamdiu rectè manebit*. Sed tu mentem Heſiodi ex ſuperioribus attende.

μαχλόταται δὲ γυναῖκες] *Viros*, inquit Plin. lib. 10. cap. 63. *auidiores Veneris hyeme, fœminas æſtate, Heſiodus prodidit*. Nimirum ex hoc loco, vbi tamē de fœminis tantùm, ſed ratione contraria Plinius

contrarium de viris colligit, vt ſit alterna quodãmodo libidinis in vtroque ſexu appetentia, ne ſeſe mutuò, ſi vno eodémque tempore geminus furor ille contingeret, eliderent. Mulieres autem viris frigidiores, æſtate incenduntur, viri calidiores, geminato calore languidi obtorpeſcunt. Quod ipſa experientia docet, fruſtrà pluribus demonſtrauero. Adi ſis Ariſtot. Probl. 4. c. 26. & 29. lib. de hiſt. anim. 5. cap. 8.

κεφαλὴν καὶ γούνατα] Principes hominis partes notat, quarum prior Solis æſtu ſupinam ſibi grauedinem cõciliat, altera neruos feruoribus emollitos tam debili nexu continet, vt penitus collabatur. Principes dixi, nam de capite ſupremâ & ſolâ totius corporis arce conſtat: de genubus, id certum ineſſe quandam iis vitalitatem. *Namque in ipſa genu vtriúſque commiſſura, dextra læuáque à priore parte gemina quædam buccarum inanitas ineſt, qua perfoſſa ceu iugulo ſpiritus fugit*, ait Plin. lib. 11. cap. 45.

βύβλινος οἶνος] Scribo primùm βύβλινος, vt & Henricus Stephanus excudit, quia ita Latini omnes, ita Græci. Sed à qua tandem terræ parte hoc vinum prodeat, ambiguam nobis inducere vidẽtur ſentẽtiam. Byblis inſula inter Sporadas annumerata à Plin. 4. 12. Veri enim ſimile eſt, eã quoque inſulam vini præſtantia nobilitatam, vt & petra Pramnia in inſula Icaro, quæ & vna eſt Sporadum, vino Pramnio apud Homerum celeberrimo. Eſt & Byblos oppidum in Syria, & in ora ſubiecta Libano, apud eundem Plin. lib. 5. cap. 20. de quo etiam Strabo lib. 16. Sed & Athenæus an-

cipitem magis totam rem facit. Sic ille de hoc vino Byblino, καλεῖται δ' οὕτως ἀπό τινος χωρίου οὕτω προσαγορευομένου. φησὶ δὲ καὶ φιλῖνος ὅτι παρέξω λέσβιον, χῖον Πατ *(Comes legit *Paſſaprum*) θάσιον, βύβλινον, μενδαῖον, ὥστε μηδὲν κραιπαλᾶν· ἐπίχαρμος δὲ, ἀπό τινων ὀρῶν βυβλίνων φησὶν αὐτὸν ὠνομάσθαι. Ἀρμενίδας δὲ φησὶν εἶναι χώραν τὴν βυβλίαν, ἣν αὖθις τισάρην καὶ οἰσύμην προσαγορευθῆναι. ἐπιεικῶς δὲ ἡ θράκη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδύοινος, καὶ συνόλως τὰ πλησίον αὐτῆς χωρία, νῆες δ' ἐκ λήμνοιο παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι. ἱππίας δ' ὁ ῥηγῖνος τὴν εἰλεὸν καλουμένην ἄμπελον, βυβλίαν φησὶ καλεῖσθαι, ἣν Πόλλιν τὸν ἀργεῖον, ὃς ἐβασίλευσε Συρακουσίων, πρῶτον εἰς Συρακούσας κομίσαι ἐξ Ἰταλίας: εἴη ἂν οὖν ὁ παρὰ Σικελιώταις γλυκὺς καλούμενος Πόλλιος, ὁ βύβλινος οἶνος. Quid in tanta diuerſitate ſtatuendum, ſolus fortè Heſiodus monuerit. Nobis hactenus N.L. Audio Guillandinũ ea de re apud Plin. 13. diſſeruiſſe, ſed illius cõmentationes non ſunt ad manum.

τρεῖς ὕδατος] De variis vini cum aqua commiſtionibus, fusè Athenæus lib. 10. Hæc autem Heſiodea κρᾶσις, proportionem illam, quæ eſt διὰ τεσσάρων ἐν ἐπιτρίτῳ συνισταμένην, referet: at quæ triũ partium aquæ ad duas vini, referet ἡμιόλιον: quæ duarum aquæ ad vnam vini, διπλάσιον διὰ πασῶν ſi credimus iocanti Ariſtoni apud Plut. συμποσ. γ. θ'. Vide Eraſmum Chil. 2. Cent. 3. 1. Prouerbium eſt vetus ab iiſdem authoribus memoratum, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα: quod alij ad κρᾶσιν aquæ, alij ad cyathorum numerum retulerunt. Rectè veteres pluribus Nymphis traditum educandum Bacchum prodidêre, quaſi plurima aqua eũ temperandum eſſe innuerent, vt eſt in eodem Plu-

tarchi loco.

θεὶν☉ ὠρίων☉] Rectè robur Orionis, non tantùm Græco more pro ipſo Orione, ſed vt inclementiam ſideris innueret. Ideò Latini appoſitè *Jugulam* vocant, quaſi armatum gladio, adeò horridum & terribile illius lumen cælis quodammodo fulgurat. Oritur ſexto Calendas Iulij ſecūdum Cæſarem, ita enim legendum apud Plin. 18. 28. non Iunij, iam alij monuerunt, & ipſa iubet ratio. Oritur enim poſt Solſtitium æſtiuum, quod accidit 25. Iunij Cæſaris tempore. Hoc tempore triturandæ meſſes.

ἐϋτροχάλῳ] Sic Virgilius 1. Georg.

» *Area cùm primis ingenti æquanda cylindro*
» *Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci.*

Vide Varronem lib. 1. cap. 51.

θῆτ' ἄοικον] Monuimus anteà exiguam agricolæ & tenuem adhuc familiam hîc inſtitui.

κὴ κυνὰ] Canum duo genera facit Varro lib. 2. cap. 9. vſus nimirum habita ratione, non naturæ. Vnum venaticum, & pertinet ad feras, beſtias, ac ſylueſtres, alterum quod cuſtodiæ cauſa paratur, & pertinet ad paſtorem. Sed ille de cuſtodia pecudum tantùm locutus videtur. Colum. lib. 7. ca. 12. Venatico relicto, quòd nempe id genus non ſolùm agricolam non iuuat, ſed & auocat, deſidémque ab opere ſuo reddit, *Villaticum*, & *Paſtoralem* agnoſcit: illum villæ cuſtodem, qui hominum maleficiis opponitur, hunc pecuarium ad lupi inſidias repellendas idoneum, & ſui denique pecoris defenſorem. De priore noſter Heſiodus. Is eligendus eſt, inquit Columella, ampliſſimi

corporis, vaſti latratus, canoríque, coloris nigri, qui luce ſit terribilior, nocte propter vmbræ ſimilitudinem minus conſpiciatur, quadratæ corporaturæ, capitis tam magni vt corporis pars maxima videatur, deiectis & propendentibus auribus, nigris vel glaucis oculis, acri lumine radiãtibus, amplo villoſóque pectore, latis armis, cruribus craſſis & hirtis, cauda breui, veſtigiorum articulis, vnguibus ampliſſimis. At paſtorali albus color conuenientior, quoniam ſic canis ille feræ erit diſſimilis, in cuius diſcrimine non leuiter alioqui laboraret paſtor, ſub incertam adhuc & dubiam matutini temporis lucem, ſi quando lupus ei foret repellendus. De canibus hoc mirũ, eos tanta eſſe vigilantia, tanta fidelitate, vt hominum cuſtodiæ apponantur. Habet varia exempla Plin.lib.8.cap.40. Socrates in Phædone Platonico, *νὴ τὸν κυνά*, iuramenti vice vſurpauit, eo nimirum loco, vbi obſequium & fidem ciuitatis ſuæ proceribus à ſe præſtitam indicat.

ἡμερόκοιτος] A diurna quiete ad nocturnas vigilias furtis inſumendas ſe comparans. Noctem enim furibus amicam monuit Homerus, de ea nos ſuprà lib.1. circa initium, ad illum verſum, *τὴν δ' ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννή.*

εὖτ' ἂν δ' ὠρίων] Orionem & Sirium coniungit, quanquam verè Orion Sirium antecedat: oritur enim Sirius decimo quinto aut decimo ſexto Cal. Auguſti. Rurſum iſta *ἀκριβέστερον* diſtinguit Aſtrologia. Procyon antè maiorem canem exoritur vno die, tum Canis ſtella in lingua Canis collocata, tum Sirius quæ ſtella eſt in ipſius quo-

que canis capite. Ad eam vbi conſcendit Sol, feruores ſuos mirificè congeminat. Hoc vuis decretorium Sidus, eleganter appellauit Plin. lib. 18. cap. 28. Illo enim tempore carbunculant vites, & quodam vredinis carbone exuruntur: quod tamẽ ex gelu illarum noctium potiùs quàm ex diurnis æſtibus fieri docet idem Hiſtoricus. Cæterùm Heſiodus παχυμερέστερον hæc tempora circumſcribit, & Autumnum denique innuit, antè cuius æquinoctium veteres vindemiam nunquam exiſtimauêre maturam, at ſuo tempore iam paſſim rapi cernebat Plin. lib. 18. cap. 31. at iuſtum vindemiarum tempus ab Æquinoctio ad Virgiliarum occaſum dies 44. *Ab eo die oraculum occurrit, frigidum picari pro nihilo ducentiam*, inquit ibidem Plinius. Sua tempora habet quæque regio, prout frigida, prout calida eſt, vide Colum. lib. 11: cap. 2. Menſe Septembri, inquit Palladius, locis tepidis, maritimíſque celebranda vindemia eſt, frigidis apparanda.

δυώωσιν] Iam initio huius libri de hoc arationis tempore dictum eſt. At Heſiodus annum per certa tempora operis ruſticis deſtinata, diductum tãdem in ſuo principio rurſum collocat. Ita curuatus in orbem anguis, & ore caudam mordicans, apud Ægyptios pro anni huius περιπλομένου hieroglyphico eſt. Huic illud Virgilij:

„ *Redit labor actus in orbem.*

& annus vertens Latinis eâ de cauſâ.

Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρῇ,
Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄμβριμον ὠρίωνος

Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται.
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ·
Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι
Πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων,
Χείμαρρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος.
Ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐνὶ κάτθεο οἴκῳ,
Εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.
Πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι·
Αὐτὸς δ' ὡραῖον μίμνειν πλόον, εἰσόκεν ἔλθῃ.
Καί τότε νῆα θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν· ἐν δέ τε φόρτον
Ἄρμενον ἐντύνασθαι, ἵν' οἴκαδε κέρδος ἄρηαι.
Ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ, καὶ σὸς, μέγα νήπιε Πέρση,
Πλωΐζεσκεν νηυσὶ, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ.
Ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε πολὺν διὰ πόντον ἀνύσσας,
Κύμην Αἰολίδα προλιπὼν, ἐν νηῒ μελαίνῃ,
Οὐκ ἄφενος φεύγων, οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
Ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι δίδωσι.
Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ,
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.
Τύνη δ' , ὦ Πέρση, ἔργων μεμνημένος εἶναι,
Ὡραίων πάντων· περὶ ναυτιλίης δὲ μάλιστα.
Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.
Μείζων μὲν φόρτος, μεῖζον δ' ἐπὶ κέρδεϊ κέρδος
Ἔσσεται, εἴκ' ἄνεμοί γε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.
Εὖτ' ἂν ἐπ' ἐμπορίην τρέψας ἀεσίφρονα θυμὸν,
Βούληαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν, καὶ λιμὸν ἀτερπῆ,
Δείξω δέ τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Οὔτέ τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτέ τι νηῶν.
Οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
Εἰ μὴ εἰς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ᾗ ποτ' Ἀχαιοὶ

Μείναντες χειμῶνα, πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ελλάδος ἐξ ἱερῆς, Τροίην ἐς καλλιγύναικα.
Ενθὰ δ' ἐγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφρονος ἀμφιδάμαντος,
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα. τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ
Αθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες. ἔνθά με φημὶ
Υμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα.
Τὸν μὲν ἐγὼ μούσῃσ' ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
Ενθα με τοπρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
Τόσσον τοι νηῶν γε πεπείρημαι πολυγόμφων.
Αλλὰ καὶ ὣς ἐρέω Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.
Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν.

Quòd ſi te nauigationis periculoſæ deſideriũ ceperit,
Quando vtique Pleiades robur validum Orionis
Fugientes, occiderint in obſcurum pontum.
Tunc certè variorum ventorum ſtridunt flamina,
Et tunc ne amplius naues habe in nigro ponto.
Terram autem operari memineris, ita vt te iubeo.
Nauem verò in continentẽ trahito, munitoq́ lapidibus
Undiquaque, vt arceãt ventorũ robur humidè flantiũ,
Sentinam exhauriens, vt ne putrefaciat Iouis imber.
Inſtrumenta verò congrua omnia domi tuæ repone,
Ornatè conſeruans nauis alis pontigradæ.
Clauum verò fabrefactum ſuper fumum ſuſpendito.
Ipſe autẽ tẽpeſtiuam expectato nauigationẽ, dũ veniat.
Tuncq́ nauẽ celerem ad mare trahito, intus verò onus
Aptum imponito, domum vt lucrum reportes,
Quẽadmodũ meusq́ pater, & tuus, ſtultiſſime Perſa,
Nauigabat nauibus, victus indigus boni.
Qui olim & huc venit, immenſum pontum emenſus,
Cuma Aeolide relicta, in naui nigra,
Non reditus fugiens, neque opulentiam ac facultates,

Sed malam pauperiem, quam Iupiter hominibus dat.
Conſedit autem prope Heliconem miſero in vico
Aſcra, hyeme malo, æſtate autẽ moleſto, nũquã bono.
Tu verò, ô Perſa, operum memor eſto
Tempeſtiuorũ omnium: de nauigatione verò maximè
Nauem paruam laudato, magnæ verò onera imponito.
Maius quidem onus, maius verò lucrum ad lucrum
Erit, ſiquidem venti malos abſtineant flatus.
Quando ad mercaturam verſo imprudente animo,
Volueris & debita effugere, & famem inamœnam,
Oſtendam tibi modos multiſoni maris,
Etſi nunquam nauigandi peritus, neque nauium.
Neque enim vnquã naui profectus ſum ad latũ mare,
Niſi in Euboeam ex Aulide, vbi quondam Græci
Expectantes tẽpeſtatẽ, magnũ collegerunt exercitum,
Græcia è ſacra, ad Troiam pulchris puellis præditam.
Illuc ego ad certamina ſtrenui Amphidamantis,
Chalcidemq́, intraui, prædeliberata verò multa (teor
Certamina inſtituerũt iuuenes magnanimi, vbi me fa-
Carmine vincentem tuliſſe tripodem auritum.
Quem ego quidem Muſis Heliconiadibus dicaui,
Vbi me primùm ſonorum aggredi fecerunt cantum.
Tantum nauiũ expertus ſum, multos clauos habẽtium.
Sed & ſic dico Iouis conſilium Aegiochi.
Muſæ enim me docuerunt diuinum carmen canere.

COMMENTARIVS.

εἰ δέ σε ναυτιλίης] Mirum videri poſſit à ſecuro telluris cultu, ad incerta maris pericula agricolam noſtrum protrudi. Sed quia ipſa Bœotiæ oportunitas, maritima quoque commercia referabat, neque inepta videbitur huius ſtudij ratio, ei potiſ-

ſimum, cui & terræ fructus exportati lucro cedere poſſint. Regionem illam πεδιάλωτον ἐστὶ, καὶ λιμένων πλειόνων ἀπορῆσαι, docet Geographus lib. 9. Scilicet exigua res hominem de terra proſciſſa, & ad frugum fertilitatem coacta gloriari, niſi de pelago furente triumpharet. Facto digito vnius à morte interuallo vitæ conquirit ſubſidia, & per tot vndarum & cæli ἀσύστατα ludibria volutatus, de ſuæ ſortis ſtabilimento cogitat. Quis modus? Iſta quoque mortalitatis incõſtantia meretur indulgentiam. A natura enim eſt quod ἤπειρον οἰκοῦντες θάλατταν ποθέουσι, καὶ πάλιν ἐν νήσοισιν ἐόντες, ἠπείρου γλίχονται, vt eſt apud Hippocratem in Epiſt. ad Damagetum. Porrò non ita iratum ſpiramus aër, & tam implacabili aquarum impetu plangimur, vt non ſubſidant etiã arti humanæ hæc portenta. Id ſpecta, ne cum ipſa ſiderum ruina obluċteris, & vices temporũ quietiores obſerua, quibus miteſcit & languet rerum illa inſania, in qua Orionis ſidus præ reliquis æſtuoſiſſimum eſt, cui Plinius poſt reliquos, & ex vſu, Arcturum & Hœdos iungit. *Duo ſunt*, inquit, *cæleſtis iniuriæ genera. Vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque ſimilia intelliguntur: quæ cùm acciderint, vis maior appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeunt, vt ſæpius diximus, Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa quæ ſilente cœlo, ſereníſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi cùm facta ſunt. Publica hæc, & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus verò ſterilitatem.* De Orione id cõſtat eum & in ortu & in occaſu aquoſum & tempeſtuoſum

ſtuoſum eſſe. Docent illa Ariſtot. Meteor. 2. *ἄκριτος δὲ καὶ χαλεπὸς ὁ ὠρίων εἶναι δοκεῖ, καὶ δύνων, καὶ ἐπιτέλλων, διὰ τὸ ἐν μεταβολῇ ὥρας συμβαίνειν τὴν δύσιν καὶ τὴν ἀνατολὴν θέρους ἢ χειμῶνος· καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἄστρου ἡμερῶν γίγνεταί τι πλῆθος. αἱ δὲ μεταβολαὶ πάντων ταραχώδεις διὰ τὴν ἀοριστίαν.* Oritur autem Orion circa Autumni principium, circa hyemis verò principium occidit, vt ait Theophraſtus. Alij antecedere ortu Canem dicunt, & in ſerie ſiderum vulgò antecedit, vt proximè dicebamus. Quod autem Ariſtoteles *ἄκριτον* hoc ſidus vocat, ex eo eſt quòd in mutationum ratione, alia ſunt *κρίσιμα*, quæ certum rerum exitum pollicentur, alia *ἄκριτα*, quæ incertum.

φεύγουσαι] Occaſus Virgiliarum, & ortus Orionis hyemis initium indicant.

τὴν Ζεὺς ἄνδρεσσι] Ita paulo pòſt *μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων* paupertatem appellabit. Piè, & *ἀναλόγως*, ex contrariorum ſcientia. Nam ſi *θεοὶ δωτῆρες ἐάων*, ergo & *τῆς πενίας*. Qui illud adimit, hoc largitur. Numinis eſt ditare, numinis pauperare. Hæc noſſe, in diuitiis temperantiam, in paupertate tolerantiam benè natis animis facillimè inſinuat. Quin & ipſas opum moles ſunt qui tanquam grauiſſimas ſarcinas excutiant, & eò ſe beatiores putent, quò collectiores fuerint. Modum in vtroque ſectabitur qui ſuperuacanea nolet, ſed poſcet tantùm neceſſaria, quæ naturâ oppidò pauca ſunt, ait Philoſophus Madaurenſis in prima Apologia, vbi plura in laudem lacinioſæ illius vitæ, de qua ipſe quoque gloriatur. Sed nos alienis copiis cōmentarios noſtros non locupletamus.

νάσσατο] Huius loci meminit Strabo Geogr.

lib.9. ἐν τῇ τῶν Θεσπιέων ἐστὶ καὶ ἡ Ἄσκρη, κατὰ τὸ πρὸς Ἑλικῶνι μέρος, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς. ἐν δεξιᾷ γάρ ἐστι τοῦ Ἑλικῶνος, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ καὶ τραχέος τόπου κειμένη, ἀπέχουσα τῶν Θεσπιῶν ὅσον τεσσαράκοντα σταδίους, ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐκεῖνος περὶ τοῦ πατρὸς λέγων, ὅτι ἐκ Κύμης Αἰολίδος, Νάσσατο, &c. Helicon autem mons eſt in eadem Theſpienſi regione, non longè à Parnaſſo diſſitus, in quo fanum erat Muſis dicatum, & Hippocrene, & antrum nympharum Libethridum. Vnde dici poſſit, ait idem Geographus, Thraces fuiſſe huius conſecrationis Heliconiæ authores, qui Pieres dicti ſunt: quibus deficientibus, Macedones loca illa occuparunt.

χεῖμα κακῇ] Hæc eſt locorum ſublimium aſperitas, vicina calori, vicina frigori ſuis cuiuſque temporibus.

ᾗ ποτ᾽ ἀχαιοὶ] Hæc eſt Græcorum expeditio ad Troiam, de qua Homerus noſter, & alij.

νῆ᾽ ὀλίγην αἰνεῖν] Contrà in re ruſtica Virgilius,

„ ÷ *Laudato ingentia rura,*

„ *Exiguum colito.*

Vbi τὸ αἰνεῖν, & *laudare*, ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι poni docuit nos Plut. in libello πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημ. ἀκούειν. καθάπερ, inquit, ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν καλῶς ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεόμεθα μηδὲ λαμβάνομεν. Sic apud eundem Virg. Eccl. 8.

„ *Omnia vel medium fiant mare, viuite ſyluæ.*

Viuite, id eſt valete, vox abeuntis, ἔρρετε. Exiguarum autem nauium maior quidem eſt velocitas, & ad maris διαπέρασιν paratior, maiores verò, vt tardiùs vehantur, tamen oneribus aſportandis aptiores. Naues alias longas, alias onera-

rias, alias piſcatorias, alias actuarias voluptatis cauſa agnoſcit Marcellus in l. 2. ff. de capt. & poſtl. νῆα ὀλίγην actuariam quæ remulco, ideóque velocius, μεγάλην quæ φορτηγὸς, & velis tantùm, & pro oneris pondere tardius agitur, intelligit Heſiodus. Vide ſis, Bayſium ad illam legem.

ὅτε τι ναυτιλίης] Non omnia noſtro periculo, ſed alieno plerumque apiſcimur. Sed neque ea ſæpe ad vnguem callemus, de quibus tamen fas interdum liberiùs eloqui. Aratum de Aſtrologia, quã tenuiſſimè noſſet, diſertè & accuratè ſcripſiſſe ferunt. Heſiodus ecce rei nauticæ ignarus, audet de ea tamen præcipere. Id caue in exemplum trahas, &, ſi potes, alienam artẽ ne vendita, ac tua ἐσκαμμένα ne tranſilito. In his tamen rebus, quarum frequens eſt & obuia multorum experientia, licet maximè Poëtæ, θεοπνεύστῳ, qualem ſe illo verſu intelligi voluit Heſiodus.

μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν.

ἔνθα δ' ἐγὼν] Meminimus olim apud Hom. Iliad. ν. huius certaminis, quod cum Homero Heſiodũ iniiſſe volunt, atque adeò victoriam reportaſſe. Quod mihi parum congruere videtur. Siquidem aiunt ex hoc ipſo opere, quod tractamus, Heſiodũ viciſſe Panœdis iudicio, cùm tamen, vt vides, eodem operis contextu ſui certaminis meminerit Poëta, alioqui tanti Antagoniſtæ nomen non prætermiſſurus. Extat libellus de eadem re excuſus ab H. Stephano. Vide noſtra huius Poëtæ Prolegomena.

Ηματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,

Ες τέλος ἐλθόντος θέρεος καματώδεος ὥρης,
Ωραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος· οὔτέ κε νῆα
Καυάξαις, οὔτ᾽ ἄνδρας ἀποφθίσειε θάλασσα·
Εἰ μὴ δὴ πρόφρων γε ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Η Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐθέλησιν ὀλέσαι.
Εν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
Τῆμος δ᾽ εὐκρινέες τ᾽ αὖραι, καὶ πόντος ἀπήμων,
Εὔκηλος· τότε νῆα θοὴν ἀνέμοισι πιθήσας,
Ελκέμεν ἐς πόντον, φόρτον δ᾽ εὖ πάντα τίθεσθαι.
Σπεύδειν δ᾽ ὅττι τάχιστα πάλιν οἶκόνδε νέεσθαι.
Μὴ δὲ μένειν οἶνόν τε νέον, καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον,
Καὶ χειμῶν᾽ ἐπιόντα, νότοιό τε δεινὰς ἀήτας,
Ος τ᾽ ὤρινε θάλασσαν ὁμαρτήσας διὸς ὄμβρῳ,
Πολλῷ ὀπωρινῷ· χαλεπὸν δέ τε πόντον ἔθηκεν.
Αλλος δ᾽ εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν,
Ημος δὴ τὸ πρῶτον, ὅσον τ᾽ ἐπιβᾶσα κορώνη,
Ιχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ᾽ ἀνδρὶ φανείη,
Εν κράδη ἀκροτάτη, τότε δ᾽ ἄμβατός ἐστι θάλασσα.
Εἰαρινὸς δ᾽ οὗτος πέλεται πλόος, οὔ μιν ἔγωγε
Αἴνημ᾽· οὐ γὰρ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστὶν,
Αρπακτός· χαλεπῶς κε φύγοις κακόν. ἀλλά νυ καὶ τὰ
Ανθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοιο.
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Δεινὸν δ᾽ ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν. ἀλλά σ᾽ ἄνωγα,
Φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσὶν, ὥς σ᾽ ἀγορεύω.
Μὴ δ᾽ ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλησι τίθεσθαι.
Αλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι.
Δεινὸν γὰρ πόντου μετὰ κύμασι πήματι κύρσαι.
Δεινὸν δ᾽ εἴ κ᾽ ἐπ᾽ ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας,
Αξονα καυάξαις, τὰ δὲ φορτί᾽ ἀμαυρωθείη.

Dies quinquaginta poſt verſiones ſolis

Ad finem veniente æſtate,laborioſo tempore,
Tempeſtiua eſt mortalibus nauigatio. nec certè nauem
Fregeris,neque homines perdiderit mare:
Niſi prouidens Neptunus terræ quaſſator,
Aut Iupiter immortalium rex velit perdere.
In his enim finis eſt ſimul bonorumq; malorumq;.
Tunc verò facileſq; auræ,& mare innocuum,
Tranquillum:tunc nauem celerem ventis fretus
Trahito in pontum.onus verò omne bene colloca.
Propera autē quàm celerrimè iterum domum redire,
Neque verò expectato vinūq; nouū,& autūnalē imbrē,
Et hyemem accedentem,notiq; moleſtos flatus,
Qui concitat mare,ſecutus cœleſtem imbrem
Multum,autumnalem : difficilem verò & pontū facit.
Sed alia verna eſt nauigatio hominibus:
Nempe cùm primùm,quantum incedens cornix
Veſtigium fecit,tantum folia homini appareant
Summa in ficu,tum ſanè imperuium eſt mare:
Verna autem hæc eſt nauigatio. non ipſam ego tamen
Probo.neque enim meo animo grata eſt, (*hæc*
Quia rapax.ægrè quidē effugeris damnū.ſed tamen &
Homines faciunt,ſtultitia mentis.
Pecunia enim anima eſt miſeris mortalibus.
Miſerum verò eſt mori in fluctibus.Verùm te iubeo
Conſiderare hæc omnia in animo,vt tibi conſulo.
Ne verò cauas intra naues omnem ſubſtantiam pone,
Sed plura domi relinquito,pauciora verò imponito.
Miſerum enim,ponti in fluctibus in periculū incidere.
Miſerū etiā,ſiquidē in currū prægrāde onus imponēs
Axem fregeris,onera verò intereant.

COMMENTARIVS.

ἤματα πεντήκοντα] Quinquaginta dies poſt Solſtitium æſtiuum, incipit eſſe opportunum nauigationis tempus, quaſi purgato per calores cælo, & diſſipatis ventorum cauſis. Subſequens tamē Autumnus Arcturo, Hœdis, Orione horrendus eſt, & nautis maximè deuitandus. Ipſa hyems per ſe tota procelloſa eſt, & quæ mari continuè incumbit. Tu vide ſis Vegetium lib. 4. de re Militari, cap. 39. *Phœnitæ decurſu, inquit, id eſt, poſt ortum Pleiadum, à die ſexto Kal. Iun. vſque in Arcturi ortum, id eſt, in diem octauum decimum Kal. Octob. vt ſecura nauigatio creditur, quia æſtatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur, ita poſt hoc tempus vſque in tertium Idus Nouembris incerta nauigatio eſt, & diſcrimini propior: propterea quia poſt Idus Sept. oritur Arcturus vehementiſſimum ſidus. Et octauo Kal. Octob. æquinoctialis euenit acerba tempeſtas. Circa Nonas verò Octob. Hœdi pluuiales, quinto Idus eiuſdē Taurus. A Nouembri autem menſe crebris tempeſtatibus nauigia conturbat Vergiliarum hyemalis occaſus. Ex die igitur tertio Iduum Nouembris, vſque in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur*, &c.

εἰ μὴ δὴ πρόφρων] Neque ergo per Heſiodũ cauſis ſecundis Numen alligabitur, quin eas ad nutũ ſuum torquet. Apage porrò illos Neceſſitatis, & fati fautores. Liberrima eſt illa Æuiternitas, temporum & rerum potentiſſima domitrix.

ὁμαρτήσας Διὸς ὄμβρῳ] Venti pluuias vt plurimùm ſequuntur, cuius rei cauſam reddit Philoſophus 2. Meteor. his verbis: *ἔτι δὲ μετὰ τοὺς ὄμβρους ἄνεμος,*

ὡς τὰ πολλὰ γίνεται ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, καθ' οὓς ἂν συμπέσῃ γίνεσθαι τοὺς ὄμβρους, καὶ τὰ πνεύματα παύεται ὕδατος γινομένου· ταῦτα γὰρ ἀνάγκη συμβαίνειν διὰ τὰς εἰρημένας ἀρχάς· ὕσαντος τε γὰρ ἡ γῆ ξηραινομένη ὑπό τε τοῦ ἐν αὐτῇ θερμοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν, ἀναθυμιᾶται. τοῦτο δ' ἦν ἀνέμου σῶμα, καὶ ὅταν ἡ τοιαύτη ἀπόκεισις ᾖ καὶ ἄνεμοι κατέχωσι. παυομένων δὲ διὰ τὸ ἀποκείνεσθαι τὸ θερμὸν, ἀεὶ καὶ ἀναφέρεσθαι εἰς τὸν ἄνω τόπον, συνίσταται ἡ ἀτμὶς ψυχομένη, καὶ γίνεται ὕδωρ· καὶ ὅταν εἰς τ' αὐτὸ συνωσθῶσι τὰ νέφη, καὶ ἀντιπερισῇ εἰς αὐτὰ ἡ ψύξις, ὕδωρ γίγνεται, καὶ καταψύχει τὴν ξηρὰν ἀναθυμίασιν. παύουσί τε οὖν τὰ ὕδατα γιγνόμενα τοὺς ἀνέμους, καὶ παυομένων αὐτῶν γίνεται διὰ ταύτας αἰτίας.

ἄλλος δ' εἰαρινός] Hoc eſt alterum tempus nauigationi, non tam ſui opportunitate quàm illorũ hominum audaciâ comparatum.

» — *quid non mortalia pectora cogis*
» *Auri ſacra fames?*

Hæc autem omnia pro regionum ratione ſunt diſtinguenda.

ἐν κράδῃ] Ficus alias arbores maturitate anteuenit. *Admirabilis eſt pomi illius feſtinatio, vnius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ,* inquit Plin. 15.18.

χρήματα γὰρ ψυχὴ] Tantum eſt in opibus ſitum, vt qui iis caruerint mortuam, ὡς εἰπεῖν, vitam ſpirare videantur. Sic languet illa, ſic eneruatur diuitiarum ſanguine & robore deſtituta. Verè enim illud Græcum, βίος βίου δεόμενος, οὐκ ἔστιν βίος. Et illud rurſus huic loco παράλληλον,

» τἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς,
» ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδ' ἐν τοῖς... τὸ,

„ ὅτος μετὰ ζώντων τεθνεῶς περιπατέει.

Iam cùm iſta neceſſitate conſtet hæc indiga mortalitas, & ad ſui alioqui tutelam ac tranquillitatẽ propenſa, id videndum ne ſocordiâ noſtrâ: & laborũ fugâ in iſtis inopiæ ſalebris hæreamus. Neque te Crœſum, aut Attalũ optarim. Rectè enim Stoicus lib. de Tranq. animi, *Optimus*, inquit, *pecuniæ modus eſt, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate diſcedit*. Hanc menſuram placere Heſiodo, docet illud eiuſdem paulò pòſt, μέτρα φυλάσσεσθαι.

δεινὸν δ' ἐπὶ θανεῖν] Graue eſt illud genus mortis quod præter naturam accidit, & in quo valetudine integra cogimur abire è vita, tum verò potiſſimùm vbi cum ſurdo & inexorabili mortis organo nobis fruſtrà colluctandum eſt, quaſi omni ſpe ſalutis penitus præciſa. Itaque meritò cum Homero exclames,

„ τίς δ' ἂν ἑκὼν τόσσον διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ;

μὴ δ' ἐνὶ νηυσὶν] Iam verò cùm adeò periculoſa ſit nauigatio, temerè faciunt qui ſimul & ſemel omnem ſuam ſubſtantiam infido huic elemento committunt, cui fortè ludibrium debent. Licèt ergo ingẽtis te lucri illius ſpes incitarit, huius ſanè te metus quoque damni cohibeat, & *tu medio tutiſſimus ibis*.

Μέτρα φυλάσσεσθαι. καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.
Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,
Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων,
Μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά. γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος.
Η δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο.

Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.
Τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν, ἥ τις σέθεν ἐγγύθι ναίει·
Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς.
Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,
Δειπνολόχης, ἥτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
Εὔει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.
Εὖ δ' ὄπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι.
Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον.
Εἰ δέ κε ποιήσῃς, μή μιν πρότερος κακὸν ἔρξῃς.
Μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν. εἰ δέ κεν ἄρχῃ
Ἤ τι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον, ἠὲ καὶ ἔρξας,
Δὶς τόσα τίνυσθαι μεμνημένος. εἰ δέ κεν αὖθις
Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα, δίκην δ' ἐθέλῃσι παρασχεῖν,
Δέξασθαι. δειλός τι ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον
Ποιεῖται. σὲ δὲ μή τι νόον κατελεγχέτω εἶδος.
Μηδὲ πολύξεινον, μὴ δ' ἄξεινον καλέεσθαι.
Μηδὲ κακῶν ἕταρον, μὴ δ' ἐσθλῶν νεικεστῆρα.
Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος,
Φειδωλῆς. πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.
Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.
Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι,
Ἐκ κοινοῦ· πλείστη δὲ χάρις, δαπάνη τ' ὀλιγίστη.
Μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Οὐ γὰρ τοίγε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς.
Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ μεμνημένος ἔς τ' ἀνιόντα,
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς·
Μηδ' ἀπογυμνωθεὶς· μακάρων τοι νύκτες ἔασιν.

Ἑζόμενος δ' ὅγε θεῖος ἀνὴρ, πεπνυμένα εἰδὼς,
Ἢ ὅγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.
Μὴ δ' αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου,
Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.
Μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα
Σπερμαίνειν γενεὴν, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτός.
Μηδέ ποτ' ἀενάων ποταμῶν καλλίῤῥοον ὕδωρ
Ποσσὶ περᾶν, πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα,
Χεῖρας νιψάμενος πολυηράτῳ ὕδατι λευκῷ.
Ὃς ποταμὸν διαβῇ, κακότητι δὲ χεῖρας ἄνιπτος,
Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι, καὶ ἄλγεα δῶκαν ὀπίσσω.
Μὴ δ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.
Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν
Πινόντων. ὀλοὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ μοῖρα τέτυκται.
Μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν,
Μή τοι ἐφεζομένη κρώζῃ λακέρυζα κορώνη.
Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν, μηδὲ λόεσθαι· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἔνι ποινή.
Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι καθίζειν, οὐ γὰρ ἄμεινον,
Παῖδα δυωδεκαταῖον, ὅτ' ἀνέρ' ἀνήνορα ποιεῖ·
Μηδὲ δυωδεκάμηνον. ἴσον καὶ τοῦτο τέτυκται.
Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ χρόα φαιδρύνεσθαι
Ἀνέρα. λευγαλέη γὰρ ἐπὶ χρόνον ἔστ' ἐπὶ καὶ τῷ
Ποινή. μηδ' ἱεροῖσιν ἐπ' αἰθομένοισι κυρήσας
Μωμεύειν ἀΐδηλα. θεός νύ τι καὶ τὰ νεμεσᾷ.
Μηδέποτ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων,
Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι,
Μηδ' ἐναποψύχειν. τὸ γὰρ οὔτοι λώϊόν ἐστιν
Ὧδ' ἔρδειν. δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.
Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται, κούφη μὲν ἀεῖραι
Ῥεῖα μάλ', ἀργαλέη δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι.

Φήμη δ᾽ οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
Λαοὶ φημίζουσι· θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Mediocritatē obſerua:occaſio verò in omnibus optima.
Maturus autem vxorem tuam ad domum ducito,
Neque triginta annis valde multum deficiens,
Neque ſuperans multum: nuptiæ verò tempeſtiuæ hæ.
Mulier autē quarto ſupra decimū anno pubeſcat,quin
Virginē verò ducito,vt mores caſtos doceas. (to nubat.
Eā verò potiſſimū ducito,quæ te propè habitat, (ducas.
Omnia diligēter circū contēplatus, ne vicinis ludibria
Neque enim muliere quicquam vir ſortitur melius
Bonæ: rurſus verò mala non durius aliud,
Commeſſatrice, quæ virum tametſi fortem
Torret ſine face,& crudæ ſenectæ tradit. (uato.
Benè verò animaduerſionē immortaliū deorum obſer-
Neque fratri æqualem facito amicum.
Quod ſi feceris, ne ipſum prior malo afficias.
Ne verò mentiaris linguæ gratia. Sin autem cœperis,
Aut verbum aliquod locutus infeſtum, aut faciens,
Bis tantum puniri memineris. Sin verò rurſus
Redeat ad amicitiam,pœnam autem velit præſtare,
Suſcipe: miſer namque vir amicum aliàs alium
Facit: te verò ne quid animo coarguat vultus.
Ne verò multorum hoſpes, néue nullius hoſpes dicaris:
Néue malorū ſocius, neque bonorū conuiciator. (mini
Neq; vnquā miſerā pauperiē, animi cōſumptricē, ho-
Suſtineas exprobrare, diuorum munus immortalium.
Linguæ certè theſaurus inter homines optimus
Parcæ: plurima verò gratia ad menſuram euntis.
Quòd ſi malum dixeris, forſan & ipſe maius audies.
Neque publici conuiuij grauis acceſſor eſto

Ex publico: plurima autē gratia, ſumptuſq; minimus.
Neque vnquam de manè Ioui libato nigrum vinum,
Manibus illotis, neque aliis immortalibus.
Neque enim illi exaudiunt, reſpuunt verò etiā preces.
Neque contra ſolem verſus erectus meijto.
Sed poſtquàm occiderit, memor vſque ad orientem.
Neque in via, neque extra viam progrediendo mingas,
Neque denudatus, deorum quippe noctes ſunt.
Sedens verò diuinus vir & prudens,
Aut idem ad parietem accedens benè ſeptæ domus.
Neque pudenda ſemine pollutus intra domum
Focum iuxta reuelato, ſed caueto.
Neque ab infami ſepulchro reuerſus
Seminato progeniem, ſed deorum à conuiuio.
Nec vnquam perennium fluuiorum limpidam aquam
Pedibus tranſito priuſquā oraueris, aſpiciens pulchra
Manus lotus amœna àqua limpida. (fluenta,
Qui fluuium tranſierit, malitia verò manus illotus,
Ei ſuccenſent dij, & damna dant in poſterum.
Ne verò à manu deorum in celebri conuiuio
Siccum à viridi reſeca nigro ferro.
Neque vnquā patinā libatoriam pone ſuper craterem
Bibentium: pernicioſum enim in ipſo fatum eſt ſitum.
Neque domum faciens imperfectam relinquito,
Ne quo pacto inſidens crocitet ſtridula cornix.
Neque à pedatis ollis nondum initiatis rapiens
Comedito, neque lauator: quia & hiſce noxa ineſt.
Neque ſuper immobilibus locato (non enim bonum eſt)
Puerum duodennem: quia virum inertem facit.
Neque duodecim menſium: æquale & hoc eſt.
Neque muliebri in balneo corpus abluito
Vir: grauis enim ad tempus eſt & in hoc ipſo

Pœna.neque in ſacrificia accenſa incidens,
Reprehēde arcana. Deus quippe & hæc indignè fert.
Nec vnquam in alueo fluuiorum mare influentium,
Neque in fontium, meÿto: valde autem euitato.
Neque incaccato: id enim nihilo eſt melius
Sic facere: grauem verò mortalium euitato famam.
Fama enim mala eſt, leuis quidem leuatu
Facillimè, moleſta verò portatu, difficiliſq; depoſitu.
Fama verò nulla prorſus perit, quam quidem multi
Populi diuulgant: quippe dea quædam eſt & ipſa.

COMMENTARIVS.

μέτρα φυλάσσεσθαι] Modus in re qualibet optimus, & vnicè ab ipſis beatitudinis candidatis ambiendus. Ipſa virtus omnino quid niſi modus inter exceſſum & defectum libratus? Ad alterutrū ſi declinauerit, iam vitium eſſe incipit. Huc pertinent illi Pratinæ Senarij apud Athenæum 14.

» *μὴ σύντονον δίωκε, μή τ' ἀνειμένην,*
» *ἰάστι ἔσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων.*

καιρὸς] Rectè Pindarus, *ὁ καιρὸς παντὸς ἔχει κορυφάν*: Hic dextrâ nouaculam gerit.

» *— ἀνδρέσσι δεῖγμα ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθει,*

vt ait Poſidippus. In rebus gerendis occaſionis partes ſunt præcipuę, quę elapſa fruſtrà votis pœnitentium reuocatur. Illam ergo, vbi ſe obtulerit, arripe, ne tu ereptam tibi aut prætermiſſam tandem lugeas. Hæc ad proſperitatem via, & ad rerū faſtigium gradus.

ὡραῖος δὲ γυναῖκα] Hac gemina matrimonij columna, nititur œconomica vitæ ratio, quæ alioqui ita claudicat, vt facilè collabatur, & ruat. Inſti-

tuta à Numine ſexus diuerſi copula, ad mutua coniugum fulmenta, & beatam humani generis propagationem, æternitatiſque quodammodo, ſed perituram imaginem, at ſua ἐντελεχείᾳ ſaltem ludibria mortis, per ſui ἀλλοπρόσαλλον inſtaurationem, deludentem. Rectè enim Ariſt. 1. Oecon. ἅμα δὲ, inquit, καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐπεὶ κατ' ἀριθμὸν οὐ δύναται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ εἶδος. Sic Iuſtinianus noſter περὶ δευτερογαμ. εἰ γὰρ ὁ γάμος (inquit) οὕτως ἐστὶ σεμνὸν, ὡς τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει δοκεῖν ἀθανασίαν ἐπιτεχνήτην ἐπιγεῖσθαι, καὶ ἐκ τῆς παιδοποιΐας ἀνανεούμενα τὰ γένη μένει διηνεκῆ, τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν, τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ ἀθάνατον χαριζομένης φύσει, εἰκότως ἡμῖν περιεσπούδασται τὰ περὶ τῶν γάμων ἐστί. Sic Leo Imperator, matrimonium naturæ mortis ingluuiei obnoxiæ opem ferre dicit, humanóque generi perpetuitatem elargiri, id dum ab illa depaſcitur, non omnino perire ſinens. Et Calliſtratus in l. liberorum. §. fin. ff. de verb. ſig. *Idcirco*, inquit, *filios filiaſúe concepimus, atque edimus, vt ex prole eorum earúmue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus*. Iterum Iuſtin. in l. lege. C. de leg. hæred. *Natura*, inquit, *vtrumque corpus edidit, vt maneat ſuis vicibus immortale*. Cæterùm, vt ad Vatem redeamus, in coniugio id maximè proſpiciendum, ne immatura ætas ad hæc naturæ conamina temerè prorumpat, teneros alioqui, & minus ad iniurias mortis natos fœtus eductura. Quod in bene morata ciuitate ſemper cautum eſt, vt ſe digna ſobole perpetuari quilibet longè antè prouideret. Platonis næuoſa alioqui Reſpublica, cùm ſtatuiſſet oportere ἐξ

ἀκμαζόντων τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι, ſubiicit μέτριον χρόνον ἀκμῆς, τὰ εἴκοσιν ἔτη γυναικὶ, ἀνδρὶ δὲ τὰ τριάκοντα· γυναικὶ μὲν ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσαετίδος μέχρι τεσσαρακονταετίδος, ἀνδρὶ δὲ, ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν παρῇ, μέχρι πέντε καὶ πεντηκονταέτους· ἀμφοτέρων γὰρ αὕτη ἀκμὴ σώματός τε καὶ φρονήσεως. Ariſtoteles in eam rem locum habet elegantem 7. Polit. 16. cuius ſententia eò redit, vt puellæ circa decimum octauum annum, viri circa trigeſimum ſextum nubant, vt tamen vterque certum habeant generandi limitem, illæ quintum & quadrageſimum annum, iſti quintum & ſexageſimum, vt ait idem Philoſophus 5. de nat. anim. Cur non maturiùs ad Venerem accedunt? τῶν γὰρ τῶν νέων (aiebat ibidem paulò antè) ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις, τὸ μὲν πρῶτον ἄγονον· γονίμων δὲ ὄντων ἀσθενέστερα καὶ ἐλάττω τὰ ἔκγονα, τοῦτο δὲ μάλιστα δῆλον ὅτι τε τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζωοτόκων τετραπόδων, καὶ ὅτι τῶν ὀρνίθων· τῶν μὲν γὰρ τὰ ἔκγονα ἐλάττω, τῶν δὲ τὰ ᾠά. Itaque quod tempus à Iureconſultis noſtris matrimonij poteſtati præſtitutum eſt, prïmariam illam σπερματοποίησιν ſpectat, quæ tamen modica eſt, tenuis, & aquoſa: at ſub tertium ætatis ſeptenarium corroborato corpore, & nõ amplius in longitudinem excreſcente, ſed in ſolidam & compactam latitudinem, fit materia illa ſeminis humani glanduloſa & grandinoſa, denique craſſior & compactior, ac ad generationem multò aptior. Qui triplicatus ſeptenarius de fœminis tantùm intelligendus eſt, nam viri tardiùs matureſcunt, quia diutiùs calori reſiſtunt, vt docebat Albertus Magnus, nunquam ſatis laudatus Philoſophus, lib. 5. de animal. apud Ariſtotelẽ. Porrò

duodecimo anno fœminæ, decimo quarto viri ad coniugia ineunda apti ſunt exiſtimati à noſtris authoribus, quibus naturæ inchoatæ magis quàm conſummatæ ratio habita eſt, & ne leges modum inſolentem ipſi naturali facultati præſcribere velle viderentur. Heſiodus primores illos iuuentutis impetus coërceri voluit, & à ſolida ætate ſobolem ſolidiore & validiore genio inchoari. At Romani iuniores fœminas nubere malebant, quòd ea ætate corpus & animum viro illibatum oblaturæ cenſerentur, qua elapſa & prouecta in lubrico caſtitatis vix conſiſtant: adeò vix illud cupiditatum hippomanes concluſum cohibetur, vt facilè non erumpat: videndus Plutarchus in vita Lycurgi. Ergo Heſiodi præcepto vir media ætate fœminã antecedito.

ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη] Pollux decimum quartum annum per τέτορα intelligi docuit lib. 1. cap. 7. ὅταν δὲ, inquit, εἴπῃ ὁ Ἡσίοδος, ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη, τέτταρα καὶ δέκα ἔτη λέγει, προσυπακουομένων τῶν δέκα. Quòd illo autem anno pubeſcere dicantur hîc virgines, tardiùs eſt quàm ferat natura.

παρθενικὴν] Rationem huius dicti docet Ariſtoteles 1. Oecon. αἱ γὰρ, inquit, ἀνομοιότητες τῶν ἠθῶν οὐκ εἰσὶ φιλικόν. Nequid ergo mores coniugum diſcrepent, maturè ducenda vxor, quæ probis mariti præceptis & inſtitutis aſſueſcat. Habet enim tenera illa ætas, & muſta (vt vocat Næuius apud Nonium Marcellum) neſcio quid procliuioris ad docilitatem indolis, quæ alioqui in maiori ætate obdureſcit. Ergo quod ad vxorum ingenia attinet,

" *—hortare, viamq́; inſiſte domandi,*
" *Dum faciles animi iuuenũ, dum mobilis ætas:*
vt aiebat alio ſenſu Virgilius 3. Georg.

ἥτις σέθεν ἔγγυθι ναίει] Vicinos credibile eſt vicinis notiores, at peregrinos & extraneos non niſi ἀλῶν μέδιμνον ἀποφαγών noueris. Itaque cautè & prudenter monet Heſiodus, eam vxorem ducendam quæ tibi lõgo vſu nota ſit, & ob oculos tuos ab ineunte ætate penè diuerſata. Denique οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα φιλεῖν, vt dicebat Theophraſtus apud Plut. περὶ φιλαδ. Et memento ἀπισίαν in hac vitæ parte eſſe τὰ νεῦρα τῶν φρενῶν.

χάρματα] Caſtitatem ergo commendat. Væ illi, cuius domum vxoria lenocinia vicinorum procacitate infeſtant. Illa ſunt χάρματα γειτόνων, ſed κακῶν, & quibus minus eſt religioſa & ſancta vicinitas, qua in ſuæ libidinis fomenta abutuntur.

οὐ μὲν γάρ τι γυναικός] Ampliſſimus, ſi voles, de mulierum laude, & vituperatione campus. Nobis res tanti non eſt, vt in vtramuis profuſiores, & quaſi ἀπωμοδάκωτοι, videri velle videamur. Habet hic ſexus ſuos næuos, habet ſua ornamenta, habet, vt verbo expediam, ſuos ἔρωτας & ſuos ἀντέρωτας. Qui vitia & virtutes in eo κατὰ γένος proſequuntur, in indiuiduis mirum quantum generi derogatum comperturi ſint. Singulæ ſpectentur, & pro meritis eſtimentur, ne ſi ſecus ſenſeris, illa tuę linguæ ludibria in tui ludibrium ſeſe conuertant. Id miror, tam iniuſtum repertum quenquam, qui mulieres omnes liuore inſectari velit, quarum tãta ſunt in humani generis perpetua propagatione compẽdia, & ad ipſorum hominum delicias, vſus.

Monſtra illa muliere naſci non debuerant, aut à toto hominum conſortio ad luſtra ferarum amandari.

εὖ δ' ὄπιν] Dictum eſt antea de hac Numinis in rebus humanis perſpicaci attentione, ad quam ſiquis mortalium attẽderit, habet quòd à ſcelerum tramite identidem deflectat, & intra ſanctimoniæ cancellos ſeſe coërceat.

μηδὲ κασιγνήτῳ] Plutarchus in commentario *περὶ φιλαδελφ.* docet amicorum neceſſitudinem in fraterno amore conglutinando maximè pollere, non ita quidem, vt amicĩ fratribus præferendi ſint, ſed vt tamen in ea ſint apud vtrumque fratrem dignitate, quâ ſuborta inter eos diſſidia commodiùs & ex æquo temperent. Itaque id fratribus proſpiciendum, ne inæqualibus amicis inuicem delectentur, quia illa inæqualitas ſolet fratrum animos plerunque in diuerſas partes diſtrahere, *καὶ καθάπερ ἐν διαγράμματι μουσικῷ φθόγγοι διάζευξιν οὐ συναφὴν ποιεῖ.* At æquales contrà aptiùs committunt, & quaſi ferruminant diſparatos fratres, *ὡς ὁ κασσίτερος ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει, καὶ συγκεράννυσι τῷ ψαύειν ἑκατέρου πέρατος οἰκείως ὁμοπαθὴς γενόμενος.* Tum addit Plutarchus (cuius locum integrum exſcribam, ne fiat hic locus lacunoſus) *ἔστιν οὖν διαπορῆσαι πότερον ὀρθῶς, ἢ τοὐναντίον ὁ Ἡσίοδος εἶπε· μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. ὁ μὲν γὰρ εὐγνώμων καὶ κοινὸς, ὥσπερ εἴρηται, μᾶλλον ἐγκραθεὶς δι' ἀμφοτέρων, σύνδεσμος ἔσται τῆς φιλαδελφίας· ὁ δὲ Ἡσίοδος, ὡς ἔοικεν, ἐφοβήθη τοὺς πολλοὺς καὶ φαύλους διὰ τὸ δύσζηλον καὶ φίλαυτον, ὃ δὴ καλῶς ἔχει φυλαττομένους κἂν εὔνοιαν ἴσην φίλῳ νέμηταί τις, ἀεὶ τὰ πρεσβεῖα τῷ ἀδελφῷ φυλάττειν ἐν ἀρχαῖς, καὶ πολι-*

τείαις, ἔν τε κλήσεσι, καὶ γνωρίσεσιν ἡγεμόνων, καὶ ὅσα τοῖς πολλοῖς ἐπιφανῆ, καὶ πρὸς δόξαν ἐστὶ, τὸ πρεσβυτικὸν ἀξίωμα τῇ φύσει καὶ γέρας ἀποδιδόντας· ὡ γὰρ οὕτω τοῦτο φίλῳ τὸ πλέον ἐν τούτοις σεμνὸν, ὡς ἀδελφῷ τοὔλαττον αἰσχρὸν γίνεται καὶ ἄδοξον. Hoc denique vult Heſiodus, non eſſe amicum æqualem fratri cenſendum, nec eius tantam habendam rationem, ne ſi ſecus acciderit, iure fratri frater ſuccenſeat, quaſi neglectus: cùm, vt aiebat Menander, οὐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ᾽ ἡδέως, quantò minus is quem tibi natura tam charo & ſanguinis vinculo quodãmodo coadunauit, hunc ſui contemptum laturus eſt? Ergo domeſticas amicitias primùm foue, exterarum curæ tibi in ſecundis ſunto.

μή μιν πρότερος] Siquid ſanctum eſt in amicitia, qui primus eã violarit, turbati illius fœderis reus eſt. Ergo inferentibus iniuriam, nulla ſubeſt πρόφασις, qua crimen illud diluere meritò poſſint, ſecus in propulſanda, ad quam nos ipſa naturæ ratio ſatis inſtruxit.

μηδὲ ψεύδεσθαι] Audi verbũ illud Laconici Epæneti, ὃς ἔφη τοὺς ψεύστας πάντων τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀδικημάτων αἰτίους εἶναι. Conciſè mendaciorum infauſta & innumera portẽta complexus eſt. Quid pluribus? Illa eſt prima generis humani labes, per quam totius penè orbis vultus fœdum ſui horrorem vndique oſtentat.

δέξασθαι] Fribuſcula amicorum & diuerticula debent eſſe quaſi momentanea. Eſt illa quædam diuturnæ conſuetudinis ſatiâs leuioris diſſidij interdum cauſa, quaſi continui amantium feruoris ἀναψύχωσις. Heſiodus tamen, cum inter amicos

qui primus diſſidium illud induxerit, impunitum abire non patitur, quaſi aut pœnæ metu coërceri aut pœnâ ipsâ caſtigari proteruas illorum mentes voluerit.

δειλός τι ἀνήρ] Quid non cogit paupertas? Illa tibi mores verſatiles vel inuito inducit, vt etiam in amicitia ſubinde *ἀλλοπρόσαλλος* videare. Id tamen commiſeratione adeò dignum credit Heſiodus, vt tolerari à manſueto & clemente amico facilè poſſit: à qua tamen deſultoria viuendi ratione fratrem deterret, cùm illi animi cum vultu cōcordiam commendat, nequid alter ab altero diſcrepet.

μηδὲ πολύξεινον] Quàm ſit vitæ conſentanea rerum omnium mediocritas, docet vel hic verſus, modum hoſpitalitati præſcribens. Inhumanū eſt hoſpitalitatem omnino denegare, omnibus eandem præbere humanū nimis, & extra ipſius amicitiæ fines. Diſcernendi enim ſunt ij quibus te explices, & vitanda illa promiſcua liberalitas, & *ἀδιάκριτος* ſui profuſio.

μηδὲ κακῶν] Ex vitæ conſuetudine naſcitur morum informatio: hinc ſunt illa de malorum vitando conſortio ſeuera veterum præcepta. Contrahūtur enim vitia facillimè, ſi ad ea propiùs acceſſeris & adhæſeris, vt ſunt procliuia hominum ingenia ad geniorum *συμπαθητικὰ* commercia, niſi *ἄσπευδης* quædam *ἀντιπάθεια* interceſſerit, quæ vel ipſo vſu ſenſim remittitur & obmolleſcit. Et hæc eſt prima pars huius verſus, altera linguæ frænos iniicit, ne proborum hominum integræ famæ obloquatur. Quæ ſunt liuoris & *κακοηθείας* vrgētia

mirum in modum argumenta: primæ quoque illi parti adhærentia. facilè enim bonis conuiciatur, qui vitioſa malorum contubernia, & familiaritatem interiorem ambit.

μηδέ ποτ' οὐλομένην] Diximus paulò antè hoc eodem libro. Eſt autem exemplum eius *λοιδορείας*, quam aduerſum viros bonos ſuperiore verſu dānabat.

γλώσσης τοι θησαυρὸς] Eleganter dictum de ſilentio: quaſi in eius latebris veri pudoris & continētiæ theſauri reconditi ſecuriùs occultentur, qui ſi profundantur, diuitias illas penitus exhauriant. Qui omnia temerè effutierit, iam nihil in bonis quodammodo habere videtur, nihil quod ſuo loco & tempore expromat dignum animis, & auribus. Hos ergo loculos prudenter & cordatè excute, tum verò maximè cùm te ad iurgia & obtrectationes impelli ſenſeris. Eadem enim quæ vibraueris ſpicula, in te mox, vel etiam acutiora, torquebuntur. Id denique memento, eſſe linguæ tuæ præſtructum geminum dentium, & labiorū ſepimētum. Ergo ſi tibi ad os verba procurrerint, vide ne raptim & imprudenter elabantur, ac illa apud te reputa quæ monet Plut. lib. *περὶ ἀδολεσχίας*. *τίς οὗτος ὁ λόγος ὁ ἐφεστὼς καὶ καταβιαζόμενος; ἐπὶ τί δὲ ἡ γλῶσσα ἀπαίρει; τί δὲ εἰπόντι περιγίνεται καλὸν, ἢ τί σιωπήσαντι δυσχερές; οὐ γὰρ ὡς βάρος τι δεῖ πιέζοντα ἀποθέσθαι τὸν λόγον, ἐπεὶ παραμένει γε καὶ ῥηθεὶς ὁμοίως, ἀλλ' ἢ δι' αὑτοὺς ἄνθρωποι δεόμενοί τινος λαλοῦσιν, ἢ τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦντες, ἢ χάριν τινα παρασκευάζοντες ἀλλήλοις, ὥσπερ ἁλσὶ τοῖς λόγοις ἐφηδύνουσι τὴν διατριβὴν, καὶ τὴν πρᾶξιν ἐν ᾗ τυγχάνουσιν ὄντες· εἰ δὲ μήτε τῷ λέγοντι χρήσιμον, οὔτε*

ἀναγκαῖον τοῖς ἀκούουσι τὸ λεγόμενον, ἡδονή τε καὶ χάρις οὐ πρόσεστι, διά τι λέγεται; τὸ γὰρ μάτην καὶ διακενὲς οὐχ ἧττον ἐν τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς ἔργοις ἐστίν. Addit celebre illud Simonidis dictum, ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε. Quod tamen Valerius Maximus tribuit Xenocrati. Itaque verè ille apud Ariſtidem, σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας: quod Flaccus eo verſu expreſſit,

» *Eſt & fideli tuta ſilentio merces.*

Hoc autem ſilentium in ea maximè parte verſari debet, quæ λοιδορίαν ſpectat. Cæterùm eſt & ſua rebus honeſtis ac vtilibus in dicendo opportunitas, & Amyclas ipſum perdidit ſilentium. Vide denique vt δυσωπίαν ab ἀδολεσχία diſtinguas, & mediū ex ipſa honeſtatis ac vtilitatis regula ſectare.

μηδὲ πολυξείνου] Prudenter facit qui turbis hominum non permiſcetur: quod in conuiuiis potiſſimùm ſpectandum eſt, in quibus moderatus numerus à veteribus requirebatur. Varro intra gratiarum vel Muſarum numerum conſiſti voluit. Eſt & vetus illud prouerbium à Capitolino memoratum, *Septem conuiuium, nouem conuicium.* Habet multitudo neſcio quid ad ἀταξίαν procliue, ſed & ipſi conuiuiorum hilaritati proxima petulantia. vtique arctior cœtus difficiliùs laſciuit, & minus à ſe ipſo conturbatur.

ἐκ κοινοῦ] Vnum illud conuiuiorum genus, quod ἔρανος appellatur, intelligit, cùm plurimi in vnum conuiuij cauſa conueniētes propriis cibis & ſumptibus viuunt. Aliud eſt εἰλαπίνη, aliud γάμος. Vide Euſtath. Odyſſ. α. & ab eo Eraſmum Chil. 2. Cent. 8. 39.

χερσὶν ἀνίπτοισιν] Prouerbium vſu iam tritum: Deo litantes puros eſſe voluit antiquitas, non ſolùm animis, ſed etiam corpore, manibus potiſſimùm, quarum præcipuus in ſacris contingendis vſus. His externis ad curam internorum facilè fuit argumentum.

μηδ᾽ ἄντ᾽ ἠελίοιο] Pudoris eſt dignas occultatione pudendas hominis partes Soli lucis fonti non oſtentare. Id propter auguria valetudinis ex colore vrinarum voluiſſe Magos, ait Plin. 28.6. Poſt enumerata enim illa auguria addit. *Magi vetant eius cauſa cõtra Solem Lunamq́; nudari, aut vmbram cuiuſquam ab ipſa aſpergi. Heſiodus iuxta obſtantia reddi ſuadet, ne Deum aliquem nudatio offendat.* Ad eundem pudorem pertinent ſequentia.

μακάρων τοι νύκτες ἔασιν] Amat Numen verecũdiam, cuius in nocte ſymbolum. De ea vide lib. 1. pag. 11.

μηδ᾽ ἀπὸ δυσφήμοιο] Scilicet ominoſum videatur, ſiquis à ſepulchro mortis ipſius termino ad vitæ initia conferenda, quæ fauſta eſſe par eſt, ſe conferat. Iam verò cùm in generatione, animi *διάθεσις* ſpectetur, hilaritatem in ea Venus illa *φιλομμειδὴς* potiùs deſideret, quàm funeſtam illam triſtitudinem quæ ex recenti mortis imagine facilè conciliatur. Porrò à conuiuiis ad Venerem procliuior & felicior acceſſus: à conuiuiis, inquam, Deorum, id eſt moderatis, qualia ſunt illa quæ in ſacris Deorum debent adhiberi.

μηδέ ποτ᾽ ἀενάων] Crediderim fluuios Diis ſacros, ob illam ex ſua in curſu perennitate æternitatis imaginem. Itaque non fuerunt accedendi,

niſi puris animis & corporibus. Nam ſi per aquæ lotionem, puritas in ſacris conciliatur, quātò magis ipſa puritatis cauſa cum veneratione tractāda videatur? Hæc fuerit ſanè veterum ſuperſtitioſa obſeruatio, ſed quæ tamen ſuis non caruerit rationibus, vtique ad finem laudabilem inſtituta.

αὖον ἀπὸ χλωρῦ] Sicca humidis malè cohærent, ideò fruſtrà ad eorum ſeparationem ferrum admoueris. Vellicat forſan eos qui per laſciuiā manuum in conuiuiis ferro ad omnia abutuntur.

μηδέ ποτ' οἰνοχόην] Cogor diuinare, & ominoſa eſt hæc οἰνοχοῆς θέσις dum bibitur, quod liberum illum bibendi actum, & naturalem interturbet. & neſcio quid ſiniſtri portendere videatur, præcluſa illa facultate, quaſi mox deſitura.

μηδὲ δόμον] Prudentiæ eſt ſic ædificiorum inſanam libidinem coërcere, ne victus mole operis curam illam cogaris abrumpere, & feralibus auibus ludibria potiùs adornaſſe videare: quòd inutile & prodigioſum neſcio quid prætendit.

μηδ' ἀπὸ χυθρεπόδων] Seueræ pietatis minutiæ, in hac etiam ad victum hominum ſpectante parte ſacram initiationem non prætermittentes. Quos non ſibi ſcrupulos δεισιδαίμων illa antiquitas iniecit?

μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι] Ingēs ſocordiæ & veterni argumentum, ſiquis ætate iam firmiore immotis ſedibus conquieſcat. De puero duodenni non miror. At de eò qui duodecim tantùm menſes ſit natus, magis mirandum videatur, niſi quod iam ea ætate aſſueſcenda ſint corpora ad neruorum robur, & motus ἐντελέχειαν.

μηδὲ γυναικείῳ] Fœminas nudas viris nudis permiſceri, minus decorum viſum eſt Heſiodo: id verò longè turpius cùm tædio & moleſtia coniunctum à viris fœminas in balneis diſtringi. Virorũ dignitas reclamat.

μηδ' ἱεροῖσιν] Profanum hominem alloquitur, quem minimè omnium decet, ſacrorum myſteria petulanti linguæ ſuæ ludibrio proterere. Religioſa veterum animaduerſio, quæ aut penitus à ſacris vulgus arcebat, aut illud docile & attentum eſſe demum voluit. Cæterùm vbi cuilibet *αἴδηλα μωμεύειν* licet, in antiquum Chaos facilè omnia relabuntur. Hæc ſeculi labes, quæ tanto ſanguine nondum elui poteſt.

μηδέ ποτ' ἐν προχοῇ] Scilicet *ὕδωρ* non ſolùm *ἄριστον*, ſed etiam *ἅγιόν τι*, vt paulò antè dicebamus. Itaque ſummo honore antiqui fluuios proſequuti ſunt. Iis comam iuuenum dicatam notat Euſtath. Iliad. ψ. vbi Achilles,

„ — *ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,*

„ *τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν.*

ἐποίουν δὲ οὕτω, inquit factus ad vnguem Interpres, *τιμῶντες τὸ καλὸν ὕδωρ· τρόφιμον γάρ φασι καὶ συστατικόν ἐστι τοῦ ζῆν, καὶ μάλιστα τὸ γλυκύ, διὸ οἱ βουλιμιῶντες, πίνοντες κορέννυνται.* Paulò pòſt, *τὸ λουτρὸν ἐκ ποταμοῦ τοῖς νυμφίοις ἐκομίζετο οἰωνιζομένοις τὸ γόνιμον. διὸ καὶ ἔνορχα μῆλα ἱέρευον ὥσπερ τῷ Ποσειδῶνι, οὕτω καὶ τοῖς ποταμοῖς εἰς τὰς πηγάς· γόνιμα γὰρ καὶ τὰ ἄρρενα, καὶ τοῖς περὶ γάμου δὲ τελευτῶσιν, ἡ λουτροφόρος φασὶν ἐπετίθετο κάλπις εἰς ἔνδειξιν τοῦ, ὅτι ἄλουτος τὰ νυμφικὰ καὶ ἄγονος ἄπεισι.* Hæc ideò vt intelligas ſubeſſe hac in parte, veterum opinione, ſacrum quid & venerandum. Cùm enim in aquæ

vſu maxima vitæ pars ſit collocata, meritò videntur ei tot honores tributi, eiuſdémque meriti ratione ab Heſiodo ſanciri, nequis fluuium, aut fontem permingat, aut oleto ſuo conſpurcet. Illa enim naturæ purgamenta ſordida, minus ad limpidam illam aquarum puritatem ac ſalubritatem faciunt.

δεινὴν δὲ βροτῶν] Sic eſt inſtituenda vita, vt apud omnes famæ integritatem conſequatur: porrò ſegniùs quàm par eſt torpēt, qui hunc finem ſus déque habent, minus ſolliciti quid de iis alij ſentiāt. At in tam volubili hominum iudicio quid certi ſtatuas? Omnino id maximè proſpiciendum, ne tam profligata ſit tua exiſtimatio, quæ neminem de populo ad ſui tutelam pelliciat. Qui tam generale damnum fabæ ſubit, vt peræquè in omnium odia impingat, habet quòd ſe miſerrimum vel inuitus confiteatur. Eſt autem vox illa totius populi penè extra omnem aleam, & inſtar Numinis talem te pronuntiantis, qualem illa popularis *ὁμοφωνία* prædicat. Sūt quos mali, quos probi improbent, & his in alterutra parte ſolatium, at qui vtroſque offendit iacturam ſui irreparabilē fecit.

φήμη γάρ τε κακὴ] Huc pertinet elegās illa famæ *διαγραφὴ* apud Virgil. 4. Æneid.

κούφη μὲν ἀεῖραι] Rectè Nonius *φήμην αὐτοβόητον* vocauit, ab illa nempe ſui mobilitate. Quàm leues ſint illi vulgi rumuſculi, docet experientia. Quis abit ab hac tempeſtate ſaluus? Prodi vel tātillum in lucem, ipſa tibi mox fama ſuas nubeculas & fumos obtendet: latè quantumuis, ipſa te vel inuitum fama toto ſuo lumine colluſtrabit.

Omnia colligit, omnia diſſeminat illa rerum perturbatrix, ad omnia formarum genera procliuis, & in terris nunquam ceſſans, donec cælo caput firmauerit. Quod mirêris, ſemper increſcit hoc monſtrum, & ſæpius figmentis laſciuit, veritatis alioqui parciſſima. Id verò longè deterrimum quòd ſemel accenſa vix vnquam exſtinguitur, & vt illius vulnera coëant, luridas tamen ſui cicatrices non expungit. Quæris ad hanc cicutam alexipharmacum? Fac vt de te nunquam niſi falſa ſpargantur. Habebis intus quòd tibi graturleris, foris, quòd auram illam rideas, quæ te ſi concutit non ſubruit. Tot fluctus hac vna veritatis rupe tandem eliſeris. Sin ſecus, grauior longè tibi futura eſt tua συνείδησις, quàm illa famæ, vt ita dicam, κοινοείδησις, quæ tamen non leuiter quantumuis pacatum, & integritatis ſibi conſcium animum commouere ſolet. Felix qui vel omnino malè non audit, aut non niſi apud malos.

φήμη δ' ὔτις] Hunc verſum ἀκαίρως vſurpauit ille apud Plut. Συμπ. θ'. qui cùm Caſſio Longino allatus eſſet rumor incertus de filij morte, quaſi Longinum cõſolaturus, non erubuit eum his verbis affari, οὐ καταφρονήσεις λαλιᾶς ἀπίςου, καὶ κακοήθους φήμης, ὥσπερ οὐκ εἰδὼς οὐδ' ἀνεγνωκὼς τὸ, φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται; Sic enim dubiorem reddebat fidẽ Longini, ſiquidem ſolent plerunque illæ rumorũ quaſi conſpirationes rei veritatem quodãmodo præcurrere. Res multis exemplis comprobata. Victoriam Æmylij de Perſeo ad Pydnam, quarto pòſt die incertus & mendax rumor in ludis Circenſibus Romæ ſparſerat, qui poſt modũ tamen verus

compertus. Dixi mendacem hunc rumorem, qui tamen reipſa verus erat, ſed certò tamen nondum exploratus, ideò magis ad mendacij naturam referendus. Sic Plutarchus loquutus eſt in vita Æmylij de eâdem re: ὀλίγαις, inquit, δ' ὕστερον ἡμέραις πυθόμενοι σαφῶς, ἐθαύμαζον τὴν προδραμοῦσαν ἀγγελίαν, ὡς ἐν τῷ ψεύδει τὸ ἀληθὲς εἶχεν. Alia ſunt ibidem exẽpla præcurrentis iſtius famæ, de pugna Italorum apud Sagrum fluuium eadem die in Peloponneſum perlata: & prælij contra Medos ad Mycalem facti, itidem Platæas rumore, eadem quoque die perlato. Aliud de Antonio deuicto, quæ fama item eadẽ die qua Antonius deuictus eſt ab ipſo populo ſponte ſparſa eſt: qui rumor cùm eius author perueſtigaretur, τέλος καταλύσας ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανές τὸν ἄπειρον ὄχλον ἐφάνη μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχων βέβαιον, vt ait eleganter idem Plutarchus: veritas tamen poſtmodum qualis à mendacio illo, quippe incerto, præferebatur, innotuit. Verè ergo Heſiodus θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή, quaſi commercium illud vel diſſitarum rerum facilè occulta quadam Numinis vi coëat. Quid ſi grauiorum huiuſmodi rerum imagines aëri impreſſas per eius inſenſilem tranſpirationem, aut per συμπάθειαν, aut per ἀντίτυπον animis inſinuari dixerimus? Sed cauſas forſan ignoramus, at effecta ſanè nunquam nobis de manu decident. Quod ergo omni populo eſt in ore, eò certius crediderim, quò minus certa eſt eius concurſus vocum origo, & extra humanas metas conſtituta.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ

ΑΣΚΡΑΙΟΥ ΗΜΕΡΑΙ.

ΗΜΑΤΑ δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ, κατὰ μοῖραν
Πεφραδέμεν δμώεσσι, τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην
Εργα τ' ἐποπτεύειν, ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι,
Εὖτ' ἂν ἀληθείην λαοὶ κρίνοντες ἄγωσιν.
Αἵ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος,
Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.
Ογδοάτη τ' ἐνάτη τε, δύω γε μὲν ἤματα μηνὸς
Εξοχ' ἀεξομένοιο, βροτήσια ἔργα πένεσθαι.
Ενδεκάτη δὲ, δυωδεκάτη τ', ἄμφω γε μὲν ἐσθλαί.
Η μὲν ὄις πείκειν, ἡ δ' εὔφρονα καρπὸν ἀμᾶσθαι.
Η δὲ δυωδεκάτη τῆς ἑνδεκάτης μέγ' ἀμείνων.
Τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀερσιπότητος ἀράχνης,
Ηματος ἐκ πλείου, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.
Τῇ δ' ἱστὸν στήσαιτο γυνὴ, προβάλοιτό τε ἔργον.
Μηνὸς δ' ἱσταμένου τρεισκαιδεκάτην ἀλέασθαι,
Σπέρματος ἄρξασθαι. φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη.
Εκτη δ' ἡ μέσση μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτοῖσιν·
Ανδρογόνος τ' ἀγαθή. κούρῃ δ' οὐ σύμφορός ἐστιν,

Οὔτε γίνεσθαι πρῶτ', οὔτ' ἆ γάμου ἀντιβολῆσαι.
Οὐδὲ μὲν ἡ πρώτη ἕκτη, κούρῃ τε γίνεσθαι
Αρμενος. ἀλλ' ἐρίφους τάμνειν, καὶ πώεα μήλων,
Σηκόν τ' ἀμφιβαλεῖν ποιμνήιον, ἤπιον ἦμαρ.
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος· φιλέει δέ τε κέρτομα βάζειν,
Ψεύδεά θ', αἱμυλίους τε λόγους, κρυφίους τ' ὀαρισμούς.
Μηνὸς δ' ὀγδοάτῃ κάπρον καὶ βοῦν ἐρίμυκον
Ταμνέμεν, οὐρῆας δὲ δυωδεκάτῃ ταλαεργούς.
Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι ἴστορα φῶτα
Γείνασθαι. μάλα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν.
Εσθλὴ δ' ἀνδρογόνος δεκάτη. κούρῃ δέ τε τετρὰς
Μέσση. τῇ δέ τε μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς,
Καὶ κύνα καρχαρόδοντα καὶ οὐρῆας ταλαεργοὺς
Πρηΰνειν, ἐπὶ χεῖρα τιθείς. πεφύλαξο δὲ θυμῷ
Τετράδ' ἀλεύασθαι φθίνοντός θ' ἱσταμένου τε,
Αλγεα θυμοβορεῖν· μάλα τοι τετελεσμένον ἦμαρ.
Εν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι δ' ἐς οἶκον ἄκοιτιν,
Οἰωνοὺς κρίνας, οἳ ἐπ' ἔργματι τούτῳ ἄριστοι.
Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.
Εν πέμπτῃ γάρ φασιν ἐριννύας ἀμφιπολεύειν,
Ορκον τιννυμένας, τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.
Μέσσῃ δ' ἑβδομάτῃ Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν
Εὖ μάλ' ὀπιπεύοντα εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ
Βάλλειν. ὑλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμήια δοῦρα,
Νήϊά τε ξύλα πολλά, τά τ' ἄρμενα νηυσὶ πέλονται.
Τετράδι δ' ἄρχεσθαι νῆας πήγνυσθαι ἀραιάς.
Εἰνὰς δ' ἡ μέσση ἐπιδείελα λώϊον ἦμαρ.
Πρωτίστη δ' εἰνὰς παναπήμων ἀνθρώποισιν.
Εσθλὴ μὲν γάρ τ' ἥδε φυτεύειν, ἠδὲ γίνεσθαι,
Ανέρι τ' ἠδὲ γυναικί. καὶ οὔποτε πάγκακον ἦμαρ.
Παῦροι δ' αὖτ' ἴσασι τρισεινάδα μηνὸς ἀρίστην,
Αρξασθαί τε πίθου, καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένα θεῖναι

Βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἵπποις ὠκυπόδεσσι.
Νῆα πολυκλήϊδα θοὴν εἰς οἴνοπα πόντον
Εἰρύμεναι. παῦροι δέ τ' ἀληθέα κικλήσκουσιν.
Τετράδι δ' οἶγε πίθον. περὶ πάντων ἱερὸν ἦμαρ
Μέσσῃ. παῦροι δ' αὖτε μετ' εἰκάδα μηνὸς ἀρίστην
Ηοῦς γινομένης· ἐπιδείελα δ' ἐστὶ χερείων.
Αἵδε μὲν ἡμέραι εἰσὶν ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.
Αἱ δ' ἄλλαι μετάδουποι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.
Αλλος δ' ἀλλοίην αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσασιν.
Αλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.
Τάων εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὃς τάδε πάντα
Εἰδὼς, ἐργάζηται ἀναίτιος ἀθανάτοισιν,
Ορνιθας κρίνων, καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων.

HESIODI ASCRÆI DIES.

DIES verò ex Ioue obſeruans benè, ſecundũ ſortem
Præcipe ſeruis, triceſimam menſis optimam
Ad opera inſpiciendum, dimenſumq́ diuidendum,
Nempe cum veritatem populi iudicantes agunt.
Hæ enim dies ſunt Ioue à prudente,
Primùm nouilunium, quartaq́ & ſeptima ſacra dies.
Hac enim Apollinem aurienſem genuit Latona.
Octauaq́ & nona ambæ dies menſis
Egregiè creſcentis, ad curandum opera mortalium.
Vndecima verò, duodecimaq́ ambæ quidem bonæ:
Hæc quidẽ tõdendis ouibꝰ, illa lætis ſegetibus metẽdis.
Duodecima tamen vndecima multo melior:
Hac enim net fila in aëre ſuſpenſus araneus,
Die expleta, quũ & prudens formica aceruum colligit.
Hac telam ordiatur mulier, proponatq́ opus.

Menſis autem inchoati decimateria caueto
Sementem incipere, plantis verò inſerendis optima eſt.
Sexta verò media valde incommoda eſt plantis,
Viripara bona, puellæ verò non vtilis eſt,
Neque gignendæ primùm, nec nuptiis tradendæ.
Nec prima quidem ſexta puellæ gignendæ
Apta eſt, ſed hœdis caſtrandis, & gregibus ouium,
Stabuloq; circum ſepiendo paſtorali benigna dies eſt.
Bona verò viripara, amatq; conuicia loqui,
Mendaciaq;, & blãdos ſermones, & occulta colloquia.
Menſis verò octaua caprum, & bouem mugientem
Occidito, mulos autem duodecima laborioſos.
Viceſima verò in magna, plena die, prudentem virum
Generato: valde enim bona eſt indolis.
Bona autem viripara decima, puellæ verò & quarta
Media, hac verò & oues, & curuipedes boues,
Et canem aſperis dentibus, muloſq; laborioſos
Cicurato, ſub manum ponens: cautus verò eſto animo,
Vt quartam vites deſinentis & inchoati menſis.
Doloribus cõficiendo animo valde hæc accommoda eſt
Quarta autẽ menſis vxorem domum ducito, (dies.
Obſeruatis auibus, quæ ad hanc rem ſunt optimæ.
Quintas verò euitato: quia difficiles ſunt, & graues.
In quinta enim aiunt furias obambulare, (iuris.
Periuriũ vindicãtes: quod malũ Contentio genuit per-
Media verò ſeptima Cereris ſacrum munus
Diligenter inſpiciens, bene æquata in area
Ventilato, roborumq; ſector incidito cubicularia ligna,
Naualiaq; ligna multa, & quæ nauibus congrua ſunt.
Quarta verò incipito naues compingere hiantes.
Nona autem media pomeridiana melior dies.
Prima verò nona prorſus innoxia hominibus.

Bona

Bona ſiquidem eſt ad plantandum, & ad generandum,
Tam viro quàm mulieri, nec vnquã prorſus mala dies.
Sed pauci rurſus ſciunt tertium nonum menſis optimũ
Implendis doliis, & ſub iugum ponendo collo
Bobus, & mulis, & equis celeribus.
Nauem benè clauatam celerem in nigrum pontum
Trahito: ſed pauci vera intelligunt.
Quarta verò aperi dolium: præ omnibus ſacra dies eſt
Media, pauci verò rurſum poſt viceſimã mẽſis optimã
Aurora vigente, pomeridiana verò eſt deterior.
Et hæ quidem dies ſunt hominibus magno commodo.
Cæteræ autem incertæ, ſine ſorte, nihil ferentes.
Sed alius aliam laudat, pauci verò norunt:
Interdum nouerca eſt dies, interdum mater.
Harum beatusq; & felix, qui hæc omnia
Sciens operatus fuerit, inculpatus diis,
Auguria obſeruans, & præuaricationes euitans.

COMMENTARIVS.

Seuera illa vetuſtatis religio, hac quoque in parte ſua impreſſit veſtigia, alios ab aliis dies diſcriminans. Sunt ergo alij ominales, alij inominales. quid ea de re ſingulatim ſenſerit Heſiodus, vides. At tota hæc obſeruatio planè eſt ἀναίτιος. Nã ſi à natura eſt illud diſcrimen, mirum tam cõſtantem eam hîc cenſeri, quæ alioqui ad omnia momenta varias formas induat. Quin etiam Plin. 18. 25. dierum rationem inexplicabilem aſſerit, tum propter prochymaſin, tum propter epichymaſin, & alias illic enumeratas cauſas. At numeros forſan ſpectatos velis, vt verè tempus quidam eſt numerus. Sed nos ad hanc δεισιδαιμονίαν, Pythago-

ram, ſi fas eſſet, aduocaremus. Hactenus inextricabiles ſunt nobis innumeri iſti Mæandri, & τὸ διότι cogimur in tota illa diſputatione ignorare. Id tamen nouimus, Aſtrologos, ex variis Lunæ ad Solem aſpectibus, turbam aut quietem quarumlibet rerum indicare. Sunt autem aſpectus quinque, Coniunctio: Oppoſitus, ſiue Diameter: Sextilis, ſiue ἑξάγωνος: Quadratus, ſiue τετράγωνος: Trinus ſiue τρίγωνος. Coniunctio, cùm Sol & Luna in eodem ſigno locantur. Oppoſitus, cùm ſigna ſibi oppoſita occupant. Sextilis, qui per ſextam partem circuli Zodiaci, hoc eſt grad. 60. à loco Solis cadit. Quadratus, qui per quartam, hoc eſt grad. 90. Trinus, qui per tertiam, hoc eſt grad. 120. Menſes autem Lunares fuiſſe apud Græcos nemo dubitat: itaque forſan credita eſt Luna in illa fauſta aut infauſta dierum ratione plurimùm poſſe. Sed & hìc mira variatio incurrere poteſt, vt minus fidè ſingulis diebus alligari ſuæ qualitates poſſint. An verò hæc quoque Solis ſunt effecta, qui ſiderum vires ſuo trāſitu ſolet excitare, & illam inexplicabilem ſuperúmque & inferûm harmoniam? Tædet me tamen diutius in hoc luto electionum (ſic enim vocant has obſeruationes Aſtrologi) hærere. Scrupuloſam & anxiam nimis hanc doctrinam lubenter agnoſco, qualis in Sacra pagina diſertè prohibetur, à cuius regula tanti non eſt totum illud ἀποτέλεσμα, vt diſcedam. A Deo immediatè felicitas aut infelicitas negotiorum expectanda eſt: ſi qui in rebus humanis characteres ad eum finem impreſſi ſunt, eos ruditas noſtra non exprimit, nec has caligines cæcitas noſtra

peruidet. Eadem autem religione Romani feſtos, profeſtos, & interciſos dies obſeruabant, de quibus vide Macrob. 1. Satur. cap. 16. Gell. lib. 3. cap. 17. Virgilius quoque 1. Georg. certos dies enumerat, quorum peculiaris eſt ad res gerendas, & ad ipſa opera ruſtica deſtinatio. Quod poſtremum non renuo quin amplectamur, tanta eſt, vt antea dicebamus, cæli cum terra ſocietas. Sed longè ab illa improbiſſima Chaldæorum ſcrupuloſitate, pollicentium, vt certis quaſi terminis, ita diebus ſtatis aëris mutationes reſpondeant, vt eſt apud Colum. lib. 11. cap. 1. Vide & eundem cap. ſeq. in quo fuſè illas menſium & dierum vtiles obſeruationes agricolæ præmonſtrat. In arte Medica noti ſunt dies illi κριτικοὶ, ſiue ad θεῖον illud Hippocratis, ſiue ad aërem Galeni referendi ſunt. Sed hæc peritiores diſcutiunto, nos aliis occupationum ventis concutimur, & abimus.

FINIS.

BIBLIOTECA N. ROMA

3 6a